dem ꝯdeſcenſionem· ꝑ res võ oſtendere poteſtatem
ℭ Theo· Alta võ ſaluatoris vox· que lazaruꝫ ſuſci
tauit inditium eſt tube magne ſoniture in cõmuni
reſurrectõe· Altius etiã clamauit vt gentiliũ ora re
frenet fabulantiũ in tumulis eſſe anias defunctoꝝ
Nam quaſi foris manẽtem eã aduocat ꝑ clamoreꝫ
Sicut aũt vniuerſalis reſurrectio in ictu oculi ꝓ pro
ueniet ſic ⁊ hec reſurrectio ſingularis ⁊ ideo ſequit̃
⁊ ſtatim ꝓdijt q̃ mor· fuerat ligatus man⁹ ⁊ pedes ĩ
ſtitis· ⁊ facies eius ſudario erat ligata· Jam mani
feſtat̃ effectui· qd̃ dr̃· venit hora cũ audiẽt defũcti vo
cem filij dei· ⁊ qui audierint viuent· ℭ Orig· Nam
vox clara ⁊ clamor non inconuenienter dicit̃ excitaſ
ſe illuꝫ ⁊ ſic adimpletũ quod dixerat vado vt excitẽ
eum· Sed ⁊ pater qui filiũ orãtem exaudiuit ſuſci
tauit lazarum vt ſic reſurrectio lazari cõmune op⁹
ſit filij orantis ⁊ patris exaudientis· Sicut em̃ pat̃
ſuſcitat mortuos ⁊ viuificat Sic ⁊ fili⁹ quos vult
viuificat ℭ Criſ· Exijt aũt ligatus vt non putare
tur· eſſe phãtaſma· Sed ⁊ h̄ ꝙ exibat ligat⁹ nõ mi
nus videbat̃ eſſe q̃ꝫ reſuſcitare· Sequitur· Dic̃ eis
ihs ſoluite eũ· Vt videlicet tangentes ⁊ ei appropi
quantes videant quia vere eſt ille· Sequit̃· Et ſini
te abire ⁊ hoc ꝓpter humilitatẽ· Non em̃ ducit eũ·
neq̃ iubet ſecũ ambulare adſui demõſtratõꝫ ℭ Orig
Dixerat autem ſuꝑ dñs· ꝓpter ppl̃m qui circunſtat
dixi vt credant quia tu me miſiſti· nullo aũt eorum
credente hoc dixiſſet velut aliquis hoim inſcius fu
turoꝝ· Vnde ad hoc remouẽduꝫ ſubdit̃· multi ergo
ex iudeis qui venerãt ad mariam ⁊ martham ⁊ vi

derant que fecit crediderũt in eũ· ſeqt̃· Quidã aũt
ex ipſis abierũt ad phariſeos ⁊ dixerũt eis que fe
ihus· Continet quidem ambiguũ ſermo p̃ns verum
qui ierũt ad phariſeos fuerũt ex illis multis qui
crediderãt ꝓponentes conciliari xp̃o hoſtiliter ſe ha
bentes ad eum· Vꝫ alij a credentib irritare volen
tes inuidum phariſeoꝝ zelum in ip̃m ⁊ videt̃ michi
hoc magis euangeliſta exꝑmere velle· multos em̃
dixit qui ꝑ hoc quod viderũt crediderũt velut pau
cis exiſtentib⁹ alijs de quib ſubdit· Quidã autẽ ẽc
ℭ Aug· lxxxiij· que· Quanq̃ꝫ aũt ſcd̃m euãgelicaꝫ
hiſtoriã reſuſcitatũ lazaruꝫ plena fide teneam⁹ tam̃
in allegoria aliquid ſignificare non dubito· Neq̃ cũ
res facte allegorizant̃ geſte rei fidem amittũt ℭ Au·
ſuper iohem· Omnis quidẽ q̃ peccat moritur· ſꝫ deus
magna miſericordia aĩas ſuſcitat ne moriantur ine
ternũ· Intelligim⁹ ergo tres mortuos quos in cor
porib⁹ ſuſcitauit aliquid ſignificare de reſurrectioni
bus aĩaꝝ ℭ Grego· iij· mor· Puellam em̃ in domo
mulierem extra portam· In ſepulcro aũt lazarum
ſuſcitat· adhuc quippe in domo mortu⁹ iacet qui ia
cet ĩ peccato Jã q̃ extra portam ducit̃· cui⁹ iniq̃tas
uſq̃ ad inuerecundiã publice ꝑpetrationis operat̃·
ℭ Aug· Vel intus eſt mors· quia cogitatũ malum
nondũ proceſſit in factum· Si aũt ip̃m malum feciſti
quaſi mortuũ extra portam extuliſti· ℭ Greg· Se
pulture vero aggere ꝑmitur qui in ꝑpetratõe ne
quicie et uſu ꝯſuetudis preſſ⁹ grauat̃· ſed hos ple
rũq̃ diuina gratia reſpectus ſui lumine illuſtrat·
ℭ Aug· xxxiij· que· vel accipiam⁹ lazarum in mo
numento aniam terrenis peccatis obrutam ℭ Aug
ſuper iohem Et tamen lazarum dñs amabat ſi em̃
peccatores nõ amaret de celo ad terras nõ deſcende
ret· Bene aũt de illo qui peccare conſueuerat dicit̃
fetet· Incipit ei habere peſſimam famã tanq̃ꝫ odorẽ
teterrimum· ℭ Aug· lxxxiij· que· Recte etiam dicit
quadriduan⁹ eſt· vltimũ em̃ elementoꝝ terra eſt ſig
nificat ergo puteum terrenorũ peccatoꝝ id ẽ cupi
ditatum carnalium· ℭ Aug· ſuper iohem· Fremuit
aũt dñs lacrimauit voce magna clamauit· quia dif
ficile ſurgit quẽ moles ꝯſuetudis premit turbat ſe
metip̃m xp̃s vt tibi ſignificet quõ tu turbari debeas
cum tanta mole peccati grauaris ⁊ premeris Fides
em̃ hois ſibi diſplicentis fremere debet ĩ accuſatiõe
malorum operũ ut violentie penitentis cedat cõſue
tudo peccandi· Quando dicis illud feci· ⁊ parcit
mihi deus· Euangelium audiui ⁊ contempſi· Quid
facio⁹ Jam fremit xp̃us quia fides fremit· in voce
frementis aparet ſpes reſurgentis· ℭ Greg· xxij·
moraliũ· Dicitur aũt lazaro· veni foras vt ab excu
ſatione ⁊ occultatione peccati ad accuſationẽ ſuã ore
ꝓprio exire ꝓuocetur vt qui intra ꝯſcientiam ſuaꝫ
abſconſ⁹ iacet ꝑ nequiciaꝫ a ſemetipſo foras exeat
ꝑ confeſſionem ℭ Aug· lxxxiij· queſti· Qꝫ aũt laza
rus exijt de monumẽto aĩam ſignificat recedentem
a carnalibus vitijs· ꝙ võ inſtitis obuolut⁹ hoc eſt
ꝙ etiam a carnalibus recedentes ⁊ mente ſeruientes
legi dei adhuc tñ in corpore conſtituti alieni a mole
ſtijs carnis eſſe non poſſum⁹ ꝙ autem facies ei⁹ ſu
dario tecta erat hoc eſt ꝙ in hac vita plenã ꝯgnitõꝫ

habere nō poſſum⁹ ꝙ aūt dicit. Soluite eū ⁊ ſinite
abire hoc eſt ꝙ poſt hanc vitā auferunt̄ oīa vela
mina vt facie ad faciem videam⁹ ¶ Aug. ſup iohez
Uel aliter qñ contemnis mortu⁹ iaces quando ↄfite
ris pcedis. [illegible]d ē eñ pcedere niſi ab occultis ve
lut exeundo [illegible]feſtari. Sed ut confitearis de⁹ facit
magna voce clamādo .i. magna grā vocando. mor
tu⁹ aūt pcedens adhuc ligat⁹ eſt. Cōfitens adhuc
reus. vt aūt ſoluerent̄ peccata eꝰ miniſtris h̄ dixit
ſoluite eū ⁊ ſinite abire. qꝺ eſt. Que ſolueritis ſꝰ
terrā erūt ſoluta ⁊ ī celis ¶ Aug. xp̄s ergo ſuſci
tat qꝛ interi⁹ p ſeipm viuificat. Soluūt diſcipuli.
qꝛ per miniſteriū ſacerdotū. abſoluuntur viuificati.
¶ Beda. Per eos aūt qui phariſeis āñūtiauerūt.
ſignicant̄ nōnulli qui videntes bona ſuoꝝ dei opera.
odijs in ſequūtur ⁊ infamare conantur.

¶ Collegerunt ergo pontifices ⁊ phari-
ſei conſilium aduerſꝰ ihesum ⁊ dicebāt. qꝺ
facimus: quia hic homo multa ſigna facit.
S dimittimꝰ eū ſic omnes credent i eum ⁊
venient romani. ⁊ tollēt nr̄m locum ⁊ gen
tem. Unus aūt ex ipſis cayphas nomīe cū
eſſet pontifex anni illius dixit eis. vos ne-
ſcitis quicꝗ̄ neqꝫ cogitatis qꝛ expedit vo-
bis vt vnꝰ moriat̄ homo ꝓ populo. ⁊ nō to
ta gens pereat. Hoc aūt a ſemetipo non di
xit. Sed cū eſſet pontifex anni illiꝰ ꝓpheta
uit Quia ihesus moriturꝰ erat ꝓ gēte Et
non tm̄ ꝓ gente ſꝫ ut filios dei q̄ derāt diſ
pſi cū gregaret in vnum ab illo ergo die
cogitauerūt vt interficerent eum.

¶ Tho. Decebat admirari ac extollere eum qui ta
lia peragebat miracula Ipſi vo potius ↄſiliant̄ il
lum occidere vñ di. Collegrt ergo pō. ⁊ pha. ↄſiliū
aduerſꝰ ihm ⁊ dicebāt qꝺ facim⁹. ¶ Au. Nec tñ di
cebāt credim⁹. plꝰ eī pditi hoīes cogitabāt quō no
cerēt ut pderēt qꝫ quō ſibi ↄſulerēt ne perirēt ⁊ tñ
timebāt ⁊ quaſi ↄſulebāt. dicebāt eñ. quid facim⁹.
qꝛ hic homo multa ſigna facit. ¶ Criſ. Hoīem eū
adhuc vocāt q̄ tantā ſuſcepunt eꝰ deitatis ꝺmōſtra
tionē. ¶ Orig. Eſt aūt p ea que dicunt̄ ab ipſis cōſi
derare eoꝝ inſipienciā ⁊ cecitatē. Inſipienciā qꝛ ꝗ
qꝛ teſtificabant̄ illū ⁊ multa pegiſſe miracula. ⁊ tñ
eſtimabāt ſe poſſe aduerſꝰ eum emulari velut non
poſſe ꝑ ſe aduerſus eoꝝ emulatōes. Cecitatis aūt
hoc ipm erat. Ad facientem eñ tot miracula ptine
bat vt ſe ab eoꝝ inſidijs eximeret. ñ forte crederēt
ꝙ ſigna fecit. ⁊ putabant ea nō fieri diuina v̄tute
Hūc qꝫ igit̄ deliberabāt nō dimittere ipm opinan
tes ſe p hoc eſſe impedimento volētib credere ī eum
⁊ romanis ne eis auferrēt terrā ⁊ gentē. vñ ſeqt̄ur
Si dimittim⁹ eū ſic oēs credēt in eū ⁊ ve. ro. ⁊
tol. lo. no. ⁊ gētē ¶ Cri. h̄ dicere ꝑhm volūt cōcu
tere vt piclitandū ex ſuſpitione trāndis ↄſi. di. ſi
romani viderit eū turbas ducētē ſuſpicabūtur nō ꝗ

ī tyrānidē velle ↄſurgere ⁊ dſtruēt noſtrā ciuitatē
Sed fictio erat que dicebant̄ quid eñ demōſtrabat
tale armigeros circūferebat ⁊ equitaturas trahe
bat nōne deſerta pſequebat̄ ſꝫ vt nō putent̄ ob paſ
ſionē ſuā hoc dicere totā ciuitatem piclitari dicūt.
¶ Aug. Ut timuerūt ne ſi oēs in xp̄m crederent
nemo remaneret q̄ aduerſꝰ romanos ciuitatem dei
templumqꝫ defenderet qñ contra ipm templū ⁊ cō
tra ſuas paternas leges doctrinā xp̄i eſſe ſentiebāt
temporalia ergo perdere timuerunt. ⁊ vitam eter
nam nō cogitauerūt. Utrūqꝫ ⁊ romani poſt domini paſ
ſionem ⁊ glificationē tulerunt eis. ⁊ locum ⁊ gentē
expugnādo ⁊ transferēdo. ¶ Orige. Sed ⁊ ſecun
dum anagogem locum eorū qui ex circumciſione ſt
gentes occupauerunt quia per eoꝝ caſum ſalꝰ gē
tibus euenit. Loco eñ gentium romani ponuntur
ex regnātib qui regno ſuberant nūcupans. Gens
eciam ab eis ſublata eſt quia qui fuit populꝰ dei. fa
ctus eſt nonpopulꝰ. ¶ Criſ. Cum autem illi deſtia
bant ⁊ in ordine conſilij ꝓponebant dicentes. quid
facim⁹. vnus inuerecunde ⁊ cum crudelitate clama
uit. Unde ſequit̄. Unus aūt ex ipſis cayphas nōie
cum eſſet pontifex anni illius. ¶ Augu. Mouere
poteſt quō dicā pontifex anni illiꝰ. cum dominꝰ ↄſti
tuerit vnum ſummum ſacerdotem cui mortuo vnꝰ
ſuccederet. Sed intelligendum eſt per ambitiones
⁊ cōtentiones inter iudeos poſtea cōſtitutū eſſe ut
plures fore pōtifices eſſe qui per ānos ſingulos vi
cibus miniſtrarent ⁊ fortē etiam vnum annū plu
res ad miniſtrabant quib alio anno alij ſuccedebāt
¶ Alcuin⁹. Nam de hoc cayphas ioſephꝰ refert
ꝙ precio ſibi ſacerdotiū vniꝰ anni redemerit ¶ Ori.
Increpatur autem cayphe prauitas in hoc ꝙ dꝛ
Pontifex anni illiꝰ quo ſcilicet noſter ſaluator exer
cuit miſteriū paſſionis. Et tñ cum eſſet pōtifex an
ni illius dixit eis vos neſcitis quicꝗ̄. neqꝫ cogitatis.
quia expedit vobis vt vnus moriatur homo p po
pulo ⁊ non tota gens pereat. Quaſi di. vos ſedetis
⁊ adhuc ſegni⁹ rem attenditis ſed attendatis vniꝰ
hominis ſalutem pro communi republica oportere
ↄtemnere. ¶ Theo. Hoc aūt ipſe quidē praua dix
it intentōe. tñ ſpūs ſancti gracia oꝛe eius vſa eſt ad
futuri preſagium. vnde ſubditur Hoc aūt a ſemet
ipo nō dixꝭ. ſed cū eſſet pō. anni illiꝰ ꝓphetauit qꝛ
ihs moritur⁹ erat p gente. ¶ Origenes. Non qui
cumqꝫ ꝓphetat ꝓpheta eſt. ſicut nō quicumqꝫ iuſ
pro ſequitur iuſtus eſt. Sicut qui facit aliquod opꝰ
ꝓpter humanam gloriam. Cayphas ergo prophta
uit quidez nec tamē erat propheta. ſicut ⁊ balaam
Audebit aūt qꝛ dicere ꝙ nō p ſpm cayphas ꝓpheta
uerit quia eciā ſpūs maligni eſt atteſtari ihu ⁊ ꝓphe
tare pro eo. Iuxta illud quod dicitur. Nouimus
te ꝙ ſis ſanctus dei. nam eius intencionis eſt. Non
fideles auditores efficere. ſed incitare in pretorio
conſidentes aduerſus ihesum vt eum perimerent. de
inde ꝙ dicit. expedit vobis. quod pars eꝰ prophe
tie fuit dicit verum vel mentitur Nam ſi verum di
cit ſaluantur hi qui in pretorio aduerſus ihesum in
tuntur. mortuo ihesu pro populo ⁊ pertingunt ad
id quod expedit. Quod ſi inconueniēs eſt malefitiū

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Quod ſi inconueniens eſt manifeſtum eſt ꝗ nõ fuit
ſpüſſanctꝰ q̃ dedit hec ꝓferri quia ſpüſſanctꝰ nõ men
titur. Si aũt quis velit vendicũ ⁊ in hoc eſſe cay
pham cõuerte̾ illo ꝗ gr̃a dei ꝓ omibꝰ guſtet mor
tem ⁊ ꝗ eſt Saluator omniũ hoĩm maxime fideliũ
aſcribitur etiã cuncta que ſũt ĩ hoc loco ꝓphetiã eſſe
vendicam. Incipiendo ab illo. vos nihil ſcitis. nihil
eñ nouerãt q̃ ihm ignorabãt eẽ veritatẽ. ſapiẽtiã
iuſticiam ⁊ pacem. Et ꝗ ipſis quoq erat expediẽs
vt hic vnus in quantũ eſt hõ. moriatur ꝓ populo.
Non eñ inquantũ eſt ymago inuiſibilis dei eſt ſuſ
ceptibilis mortis. Pro ipſo aũt obijt velut potẽs
totã totiꝰ orbis culpã in ſeipm retorquẽs diſſipare
ac delere. Ex hoc vo ꝗ dicit. Hoc aũt a ſemetipo
non dixit docemur ꝗ aliqua nos homines ꝑ nos di
cimꝰ nulla inducente vtute ad ꝓferendum. Quedã
vo ſuadente nobis quadã vtute ⁊ ſi non integre exp
mamus ⁊ ĩproſeqẽter diſponamur ad ea ĩſectan
tes ea que dicimꝰ ſed non intentionẽ dictorum velut.
cayphas ex ſe nihil protulit. nec dixit intentionẽ qz
ꝓphetiã dicti ñ accipiebat ſʒ etiã apꝰ paulũ q̃dã legi
ſperita ſẽ ñ intelligẽtes nec ea que ꝓferũt. ¶ Aug.
Hic docemur etiã hoĩes malos ꝓphetie ſpũ futura ꝓ
dicere. qð tñ euangeliſta diuino attribuit ſacramẽ
to quia põtifex fuit .i. ſummꝰ ſacerdos ¶ Cris. Vi
de aũt quanta ſpüſſancti vtus ẽ. a mente eñ mala
valuit vba ꝓferre ꝓphetie. Vide etiam quanta eſt
põtificalis virtꝰ poteſtatis. Pontifex eñ effectꝰ ⁊ ſi
indignꝰ exiſtẽs ꝓphetauit neſciens q̃d dicẽt ore ei
ſolũ vſa ẽ gr̃a. ꝯtaiatũ at cor non tetigit. ¶ Aug.
Cayphas igit̃ de ſola gente iudeoꝝ ꝓphetauit. In
qua erãt oues d̃ quibꝰ ait ipe dominꝰ non ſum miſſꝰ
niſi ad oues que perierunt domꝰ iſrahel. Sed noue
rat euangeliſta alias eſſe oues que nõ erant de hoc
ouili quas oportebat adduci ⁊ ideo addidit ⁊ nõ tã
tum ꝓ gente ſed vt filios dei qui erant diſperſi con
gregaret in vnum. Hec aũt ſcd̃m p̃deſtinationem
dicta ſũt. Nã neq oues erꝰ. neq filij dei adhuc erãt
¶ Greg. ſexto mor. Perſecutores igit̃ peregerũt
b quod perniciose moliti ſunt ĩtulerũt mortẽ vt ab
eo abſcinderẽt fideliũ deuotionẽ. Sed fides inde cre
uit. vnde ſe hãc extinguere filium crudelitas credi
dit. Hoc eñ ad pietatis ſue obſequiũ redegit qð cõ
tra illũ hũana credulitas exarſit t exarſit ¶ Orig.
Cogitati aũt ad irã ex vbis cayphe taxauerunt. vt
occiderẽt dñm vñ ſeqtur. Ab illo ergo die cogitaue
rũt vt interficerent eum. Et qdem ſi non ſpũſãcto
cayphas ꝓphetauerat aliꝰ ſpiritꝰ fuit qui valuit ⁊
ꝑ impium loqui ⁊ ſibi compares aduerſus xp̃m in
citare. Qui aũt vult reſpondere ꝓ ſpirituſancto di
cet ꝗ ſcꝫ ſacrarum intentionẽ ſcripturaꝝ ad vtilita
tem ꝓlatam aliqui praue ſuſcipiũt ad conſtituẽdũ
mortem diſciplinaꝫ ſic editam ꝓ ſaluatore ꝓphetti
am vendicã non debito modo papientes ꝯſiliati ſũt
vt interficerẽt xp̃m ¶ Cris. Querebãt qdem pus
⁊ eum interficere. nũc ⁊ ſententiã firmauerũt.

¶ Ihesus ergo iam non in palam ambu/
labat apud iudeos. ſʒ abijt in regiõꝫ iuxta
deſertum in ciuitatẽ q̃ dicit̃ effrem ⁊ ibi mo
rabat̃ cũ diſcipul̃ ſuis. Proximũ autẽ erat
paſcha iudeoꝝ ⁊ aſcenderũt mlti iheroſoli
mam de regione ante paſcha vt ſanctifica/
rent ſeipſos. Querebamt ergo ihesũ ⁊ col/
loquebant̃ ad inuicẽ in tẽplo ſtãtes. Quid
putatis quia non venit ad diem feſtũ. De/
derunt eñ pontifices ⁊ phariſei mandatum
vt ſi quis cognouerit vbi ſit indicet ut ap/
prehendant eum.

¶ Cris. Cum conſiliũ congregauerũt pontifices
⁊ phariſei vt occiderẽt ihm ipe cautius ſe obſeruãs
non vltra cum fiducia cõuerſabatur cũ iudeis ſʒ ne
q ad aliam ciuitatem abijt populatã ſʒ ad quandaꝫ
remotã vnde dicit̃ ihus ergo iam nõ ĩ palam ambu
labat apꝰ iudeos ſʒ abijt in regiõꝫ iuxta deſertũ in ci
uitatem que dr̃ effrẽ. ¶ Aug. Nõ quia potentia eiꝰ
defecerat in qua ſi vellet palam cũ iudeis ꝯuerſaret̃
⁊ nihil ei facerent ſʒ exemplũ diſcipul̃ demõſtrauit
ĩ quo appareret nõ eſſe peccatũ ſi fideles eius oculis
ꝑſequentium ſubtraherẽt ⁊ furorẽ ſceleratorum la
tendo potius euitarẽt qꝫ ſe oſtẽdendo magis accen
derent ¶ Orig. Honeſtum nãq eſt imminente agone
confitẽti ihm non euitare ꝯfeſſionem nec recuſare
ſubire mortem gratia vitatis nec minꝰ honeſtum ẽ
non tradere occaſionẽ tante tẽptacioni nõſolũ ꝓpẽ
incertitudinẽ euentꝰ ꝓprij ſʒ ne nos occaſionem pre
ſtemꝰ vt alij magis ipi ac noxij fiãt nã ſiquis factꝰ
erga quenq̃ꝫ materia criminis luet penas quomodo
ꝑſecutorẽ non declinans. nõ eẽ de ꝑſequentis delicto
dabit reſponſum Nõ ſolꝰ aũt dominꝰ illic iuit ĩmo
vt nullam daret cauſam ꝑquirentibꝰ cũ diſcipulos
etiã ſecum duxit. vnde ſeqtur. Et ibi morabat̃ cũ diſ
cipulis ſuis ¶ Cris. Qualiter putas turbatos di
ſcipulos humane videntes eum ſaluatum. Ipi autẽ
qñ oĩes letabantur ⁊ feſtum celebrãt tunc occultãt
⁊ in periculis ſunt ſed tñ ꝑmanebant cũ eo ſcd̃m iſtꝰ
vos eſtis qui ꝑmanſiſtis mecum in temptationibus
meis. ¶ Orig. Quo ad anagogiã vo dicat̃. ꝗ ihs
dudum cũ fiducia ambulabat inter iudeos cũ vbuꝫ
diuinũ ꝑ ꝓphetas in ipſis conuerſabat̃. ſʒ abijt illinc
nec eſt vbum dei inter iudeos. Acceſſit aũt ad villaꝫ
que eſt ꝓpe deſertum Aequa dicit̃ multi filij deſerte
magis quam coniugate Villa autem dicit̃ effrẽ. que
interp̃tatur fertilitas. Fuit autẽ effrai. frater ma
naſſe ſenioris populi obliuioni traditi Pꝰ populuꝫ
eñ obliuioni datũ p̃termiſſum ꝓdijt ex gentibꝰ ab
undancia. Diſcedens ergo a iudeis venit in terram
totius orbis ꝓpe deſertam eccliam que dicit̃ ciuitas
fecunda ⁊ ibi moratur cum diſcipulis vſq nunc.
¶ Aug. Ille autem q̃ de celo venerat pati ꝓpinqua
re voluit loco paſſionis. quia imminebat hora paſſio
nis. vnde ſequit̃. Prox. aũt erat paſ. iude. habebãt
iudei paſca in vmbra nos in luce ſanguine ouis pe
coris iudeorum poſtes ſignati ſunt. Sãguine xp̃i
frontes noſtre ſignantur. Illum diem feſtũ iudei cru
entum habere domini ſanguinẽ voluerũt illo die fe
ſto occiſus eſt agnꝰ q̃ eũdem diẽ feſtũ ſuo ſanguine

conſecrauit· mādatum aūt erat in lege iudeis vt die
feſto quo paſca erat· oēs vndiq̧ conueniren̄t ⁊ illi⁹ di
ei celebratiōe ſanctificarentur vn̄ ſeq̄t· Et aſcē· multi
iher· de re· ante paſ· vt ſanc· ſeipſos· ¶ Theo· Aſcē
derūt aūt ante paſca vt purgarent̄ qm̄ q̄cunq̧ pec
cauerāt inuiti vel ſpōtanei paſca non celebrabant
niſi p̄us expiarent̄ vt moris erat balneatiōib⁹ ⁊ ie
iunijs ac raſura q̄n etiā quaſdā deputatas oblatiōes
offerēdo hi g° q̄ expiatiōꝫ celebrabāt īſidiabāt dn̄o
vnde ſequit̄· Querere· ergo ihm ⁊ colloq̄bātur· in tē
plo ſtan· quid pu· quia nō venit ad diē feſtū ¶ Cri·
Inſidiabant̄ ei ⁊ temp⁹ feſti· temp⁹ faciebant occaſi
onis ¶ Orig· ⁊ p̄pē hoc nō dixit paſca dn̄i ſꝫ iudeo
rum nā ſaluator in illo patiebat̄ inſidias· ¶ Alchui·
Illi ergo q̄rebant ihm nō bn̄ Nos aūt q̄ram⁹ eum
ſtantes in tēplo dei· mutuo nos ꝯſolando ⁊ exoran⁹
vt veniat ad diem feſtū nr̄m ⁊ ſua p̄ſn̄a nos ſanctifi
cet· ¶ Theo· Sed ſi talia ſolum vulg⁹ pageret vi
deret̄ vtiq̧ paſſio ex inprouiſa ꝑgredi· Sed etiā pha
riſei p̄cipiūt vt capiat̄· vn̄ ſequitur· Dederāt· pon· ⁊
pha· man· vt ſiq̄s cogno· vbi ſit indi· ut appre· eū·
¶ Orig· Et attēde q̄ ignorabāt vbi eſt oſtenſū eſt
eīn eū diſceſſiſſe· dicēs etiā qm̄ inſidiātes ihū igno
rabant vbi ſit· p̄pter q̄d dederūt alia q̄ꝫ diuina man
data docētes diſciplinas ⁊ mādata hoīm ¶ Augu·
Nos aūt indicem⁹ mō iudeis vbi ſit xp̄us vtinam
velint audire ⁊ apprehendere·

## Capitulum ·xii·

Iheſus ergo ante ſex dies pa
ſche venit in bethaniā vbi fue
rat lazarus mortu⁹ q̄ꝫ ſuſcita
uit iheſus· Fecerūt aūt ei cenā
⁊ ibi martha miniſtrat· Lazar⁹ vō vnus
erat ex diſcumbentib⁹ cum eo maria ergo
accepit libram vnguenti nardi piſtici pre
cioſi ⁊ vnxit pedes ieſu ⁊ extersit capillis
ſuis pedes eius· Et domus impleta eſt ex
odore vnguēti Dicit ergo vnus ex diſci
pulis ſuis iudas ſchariothis qui erat eum
traditurus Quare hoc vnguentū non vē
ditur trecentis denarijs ⁊ datum eſt ege
nis Dixit aūt hoc nō q̄a d̄ egenis ptine
bat ad eum Sed quia fur erat ⁊ loculos ha
bens ea que mittebātur portabat Dixit er
go iheſus Sinite illam vt in diē ſepulture
mee ſeruet illud Paupes ſemp habetis vo
biſcum Me aūt non ſemp habebitis Cogno
uit ergo t̄ba multa ex iudeis q̄ illic eſſet ⁊
venerunt· non p̄pter ieſum tm̄ ſed vt laza
rum viderent quem ſuſcitauit a mortuis·
cogitauerūt aūt p̄ncipes ſacerdotū vt ⁊
lazarum interficerent q̄a multi propter il
lum abibant ex iudeis ⁊ credebāt i iheſum

¶ Alch· Appropinquāte tp̄e ī quo dn̄s pati diſpoſu
it appropinquauit ipē loco ī q̄ euiſdē paſſiōis diſpē
ſatiōꝫ p̄ficere voluit· Vn̄ dr̄· Ihus ergo añ ſex dies
paſ· venit in beth Primo veit in bethaniam deīn̄
iheroſolimā· ī iheroſolimā q̄dem vt ibi pateret̄· in
bethaniā vō vt reſuſcitatio· lazari menōrie oīm ar
cti⁹ imp̄meret̄· vn̄ ſubdit̄· vbi fuerat lazar⁹ mortuus
quē ſuſcitauit ihus ¶ Theo· Decima autēꝫ die mē
ſis agnum iudei capiunt immolandum in feſto paſ
ſche· extunc em̄ feſtiuitatis prelibant ſolēnia qua
p̄pter in die que eſt noua menſis ⁊ precedit ſextū
die ante paſca epulantur ſplendide ⁊ exordium fe
ſti hanc diem conſtituunt· quo fit ut iheſus quoq̧ p
gens bethaniam conuiuaretur· vnde ſequitur· Fece
rūt aūt ei cenam ⁊ ibi martha miniſtrabat per hoc
autem quod dixit q̄ martha miniſtrabat inſinuat q̄
in illi⁹ domo erat conuiuium· Sed attende mulieris
fidelitatem· nō em̄ famulab⁹ ipone miniſteriū· ſed
ipſamet ſuſcipit innuere aūt volēs euangeliſta ve
re reſurrectiōis lazari ſignū ſubdidit lazar⁹ vero
vn⁹ erat ex diſcūbentib⁹ cum eo· ¶ Aug· Viuebat
loquebatur epulabat̄· veritas oſtendebatur infideli
tas iudeoꝝ cōfundebatur· ¶ Cris· Maria autem ñ
faciebat comunem famulatum ſed ad ſolum dn̄m con
ſtituit honorem ⁊ non vt ad hoīem accedit· ſed vt
ad deum Unde ſequit̄· Maria ergo accepit libram
vnguenti nardi piſtici p̄cioſi ⁊ vnxit pedes ihū· Et
extersit capillis ſuis pedes ei⁹ ¶ Aug· Quod ac
piſtici locum aliquem credere debem⁹· vnde erat h̄
vnguētū p̄cioſū· ¶ Alch· Vel piſtici· i· fidelis nec ex
traneis ſpeciebꝫ adulterati· Hec eſt illa mulier que
quōdā peccatrix ī domo ſimōis venit ad dn̄m cū ala
baſtro vnguēti· ¶ Aug· de con euan· Qd̄ aūt h̄ in
bethania ruꝛſ⁹ fecit aliud eſt· quod ad luce narratio
nem non ptinet ſed pariter narratur a trib⁹ iohanne
ſcꝫ matheo ⁊ marco· q̄ ergo matheus ⁊ marc⁹ ca
put domini vnguento illo pfuſum dicunt· Iohānes
aūt pedes Nonſolum caput ſed ⁊ pedes domini acci
piam⁹ pfudiſſe mulierē· Math⁹ eē ⁊ marc⁹ recapi
tulādo ad illū diē redeunt in bethaniaꝫ q̄ erat añ ſex
dies paſce ⁊ narrāt q̄d iohēs de cena ⁊ vnguēto ſe
q̄tur· ⁊ dom⁹ īpleta ē ex odore vnguēti· ¶ Aug· ſ
ioh· Ad ap̄lm reuoca intentōꝫ q̄ d̄ ē alijs ſum⁹ odor
vite ad vitā alijs ſu⁹ odor mortis ad mortē· Deniq̧
audies hic ex vnguēto iſto· quō erat alijs odor bo
n⁹ in vitā alijs odor bon⁹ ī mortē· vn̄ ſeq̄t· Dicebat
g° vn⁹ ex diſcipul' ſuis iudas ſcariothis q̄ erat eū
traditur⁹· q̄re h̄ vng· ñ vē· ccc· dena· ⁊ datū eſt ege
nis ¶ Aug· d̄ cō· euā· Qd̄ alij dicūt diſcip̄los mur
muraſſe de vnguēti p̄cioſi effuſiōe· Iohēs aūt iudaꝫ
ꝯmeōrat pro diſcip̄loꝝ nomīe iudā ſignificatū plu
rali nūo p̄ ſingl'am vſurpato· Dē eē intelligi q̄ alij
diſcipli aut ſenſerit h̄ aut dixerit aut eis iuda dicē
te pſuaſū ſit atq̧ oīm voluntatē math⁹ ⁊ marc⁹ v̄
bis etiā exp̄ſſerunt· ſꝫ iudas p̄pterea dixerit q̄a fur
erat ceteri p̄pē paupū curā· iohēm vō d̄ ſolo illo id
ꝯmeōrare voluiſſe· cui⁹ ex hac occaſione furādi con
ſuetudinem credidit innuandam· nā ſequit̄· Dixit
aūt hoc nō q̄a d̄ egenis pertinebat ad eum ſed quia
fur erat ⁊ loculos hn̄s ea q̄ mittebant portabat·

¶ Alchui. Portabat miniſterio exportabat furto
¶ Au. Nõ tũc periit iudas qñ accepit a iudeis pecu
niã vt dominũ traderet. Jam fur erat dominũ ꝑdi
tꝰ ſeqbat͂ ñ corde ſed corpe. Voluit aũt ꝑ h̃ nos dñs
admonere vt malos tolleremꝰ ne corpꝰ xp̃i diuidãꝰ
Qui aliquid de eccl̃ia furat͂ iude ꝑdito compatur
tolera malũ bonis vt venias ad p̃mium bonorum ne
mittaris in penam maloꝝ. exemplũ domini accipite
conuerſantis in terra quare habuit loculos cui an
geli miniſtrabãt niſi. q̃a eccl̃ia ipſius loculos habitu
ra erat. Quare fures admiſit niſi vt eius eccleſia
fures dum patiẽ tolleraret. Sꝫ ille qui conſueuerat
d̃ loculis pecuniã tollere. nõ dubitauit accepta pecu
nia ipm̃ dominũ vendere ¶ Criſ. Jdeo eciã ei fur ex
iſtenti loculos commiſit paupũ. vt omnẽ abſcideret
occaſionẽ. Non eñi habuit dicere quoniã ꝓpter pe
cuniarũ deſideriũ hoc fecit. Etenĩ ſufficientem habe
bat ex loculo concupiſcẽtie mitigationẽ ¶ Theop.
Quidam vo ad miniſtrationẽ pecunie ſuſcepiſſe iu
dam fatenẽ tanq̃ꝫ minimũ oim. Nam pecunie admi
niſtratio doctrine admiſtratione inferior ẽ ſecundũ ꝙ
dicunt apoſtoli in actibꝰ. nõ eſt equũ nos derelin
q̃re v̓bum dei ⁊ miniſtrare menſis. ¶ Criſ. xp̃s at͂
multa condeſcenſione ad iudã vtens non increpauᵗ
eum ſubripientẽ ſed ꝯmunem intulit excuſacõꝫ. nã
ſeq̄tur. dixit ergo ihꝰs. ſinite illam vt ĩ diẽ ſepultu
re mee ſeruet illud. ¶ Alchui. Significat ſe mori
turũ ⁊ ad ſepliendũ aromatibꝰ eſſe vngẽdum. ideo
mariã cui ad vnctionẽ mortui corporis multũ d̃ſide
ranti ꝑuenire ñ liceret donatũ ſit viuenti adhuc im
pendere obſequiũ quod pꝰ mortem celeri reſurrecti
õne ꝑuenta nequiret. ¶ Criſ. Rurſus eciã ꝓpter
ꝓditorẽ rememoratꝰ eſt ſepulture ac ſi diceret gra
uis ſum tibi ⁊ oneroſus ſed expecta parum ⁊ abibo
Et hoc oſtendit. cũ ſubdit. Pauperes eñi ſemꝑ habe
tis vobiſcum. me autẽ non ſemꝑ habebitis ¶ Aug.
Loquebatur de p̃ſentia corporis ſui. Nam ſcd̃m mate
ſtatem ſuã ſcd̃m ꝓuidentiã ſecundum ineffabilem ⁊
inuiſibilem graciã impletur quod ab eo dictum eſt.
Ecce ego vobiſcum ſum vſq ad ꝯſummatõꝫ ſecli
vl̃ aliter in iude pſona ſignificati ſunt in eccl̃ia mali
Si eñi bonꝰ es habes xp̃m ⁊ in p̃ñti ꝑ fidem ⁊ ſacra
mentũ ⁊ habebis ſemꝑ. q̃a cum hinc exieris ad illũ
venies qui dixit latroni. Hodie mecũ eris in para
diſo. Si aũt male verſaris. videris habere in preſẽ
ti xp̃m. quia baptiſaris baptiſmo xp̃i. accedis ad al
tare xp̃i. Sed male viuendo non ſemꝑ habebis. nõ
aũt dixit habeb̓. ſed habebis quia vnꝰ malꝰ corpꝰ ma
lorum ſignificat. Seq̄tur. Cognouit ergo turba mul
ta ex iudeis quia illic eſſet. ⁊ venerũt nõ ꝓpter ihe
ſum tantũ. ſed vt lazarum viderent quẽ ſuſcitauit
a mortuis. Curioſitas eos adduxit non caritas.
¶ Theo. Viſores eñi ſuſcitati fieri cupiebãt expec
tantes eciã de inferis aliquid lazaro referente ꝑpende
re ¶ Aug. Qua vo eñi miraclꝫ domini tãta erat
euidentia diffamatũ vt nõ poſſent vl̓ occultare qd̃
factum eſt vel negare. cogitauerunt vt lazarum in
terficerent vnde ſeq̄tur. Cogitauerũt aũt p̃ncipes
ſacerdotum vt ⁊ lazarũ iꝺficeret quia multi ꝓpter
illum abibant ex iudeis ⁊ cre. in ihꝰſum. O ceca ſe
uicia qñ dominꝰ ſuſcitare potuit mortuũ q̃re nõ poſ
ſet occiſũ ꝰ ecce vtrũq dñs fecit ⁊ lazarũ mortuũ
⁊ ſeipm̃ ſuſcitauit occiſũ. ¶ Criſ. Nullũ aũt mira
culũ xp̃i eos ita furere fecit hoc eñi mirabiliꝰ erat
⁊ corã multis factum ẽ ⁊ erat inopinabile mortuũ
q̃triduanum videre ambulantẽ ⁊ loquentem aliter
eciam illi in aliis putabant criminari ſabbati ſolutio
nẽ ⁊ hac via abducere t̃bas. Hic aũt q̃a a nullo ha
bebãt ꝯqueri contra ip̃m aduerſꝰ lazarũ faciunt co
natum. itaq ⁊ in ceco hoc feciſſẽt niſi haberẽt accu
ſatõꝫ de ſabbato aliẽ aũt. Jlle q̃dem ignobilis erat
⁊ eiecerũt eum de templo. hoc eciã eos mordebat ꝙ
feſtiũ itatem inſtãtem omes dimittẽtes bethaniã ve
niebãt. ¶ Alchui. Miſtice aũt ꝙ añ ſex dies venit
bethaniam ſigñcat ꝙ ille q̃ ſex diebꝰ omĩa fecerat ⁊
ſexto die hoiem creauerat ip̃e ſexta mũdi etate ſex
ta feria ſexta hora redimeẽ mũdũ venerat. cena at͂
dñica fides ẽ eccl̃ie que ꝑ dilectionẽ op̃rat͂. martha
miſtrat cum fidelis aĩa opa ſue deuocõis dño impen
dit. lazarꝰ vnꝰ erat ex diſcũbentibꝰ cũ hi qui pꝰ pec
catoꝝ mortẽ reſuſcitati ſũt ad iuſticiã vna cum eis
qui in ſua ꝑmanſerũt iuſticia. de p̃ñta vitatis exul
tant ⁊ celeſtis g̃re munẽribꝰ alunt͂. ⁊ hĩ in bethaĩa
celebrat͂ q̃ inꝑ̃pt͂at domꝰ obediẽtie. Nam eccl̃ia eſt
obediencie domꝰ. ¶ Aug. Vnguẽtum aũt q̃ ma
ria vnxit pedes ihu iuſticia fuit. Jdo libra fuit erat
at͂ vnguẽtũ nardi piſtici p̃cioſi. piſtis grece fides d̓
querebat opari iuſticiã. iuſtꝰ ex fid̃ viuit. vnge pe
des ihu bñ viuẽꝰ dñica ſectat͂ veſtigia capillis terge
ſi hẽs ſupflua da paupibꝰ ⁊ dñi pedes terſiſti. capil
li ei ſupflua corpis videt͂ ¶ Criſ. Et notãdũ ꝙ pri
mo tãtũ pedes vnxerat h̃ at͂ pedes ⁊ caput vnxit ibi
rudimẽta primum. h̃ iuſticia ꝑfectaꝝ deſignat͂ aĩaꝝ.
ꝑ caput ei dñi ſublimitas diuinitatis ꝑ pedes humi
litas icarnatõis exp̃mit͂. vl̓ ꝑ caput ip̃e xp̃s ꝑ pe
des paupes q̃ ſũt mẽbra eiꝰ ¶ Au. domꝰ at͂ r̓pleta eſt
odore mũdꝰ impletus eſt bona fama.

¶ Jn craſtinũ autẽ turba multa que con
uenerat ad diem feſtum cũ audiſſet q̃a ve
nit iheſus iheroſolimã. acceperunt ramos
palmarũ ⁊ proceſſerũt obuiam ei ⁊ clama
bant Oſanna benedictꝰ qui venit in nomĩe
domini. Rex iſrahel. Et inuenit iheſꝰ aſſel
lum ⁊ ſedit ſuꝑ eum ſic̃ ſcriptum eſt Noli ti
mere filia ſyon. Ecce rex tuꝰ venit tibi ſe
dens ſuꝑ pullum aſine. Hec non cognoue
rũt diſcipuli eiꝰ p̃mum ſed quando glorifi
catus eſt iheſus. tunc recordati ſunt. quia
hec erant ſcripta de eo ⁊ hec fecerũt ei. Te
ſtimonium ergo ꝑhibebat turba que cum
eo erat quãdo vocauit lazarum de monum̃
to ⁊ ſuſcitauit euꝫ a mortuis ꝓpterea ⁊ ob
uiam venit ei turba quia audierũt eũ feciſ
ſe hoc ſignũ. Phariſei autem dicebãt ad ſe
metip̃os. videtis q̃a nichil ꝓficimus Ecce
mundus totus poſt eum abyt.

¶ Criſ. Preceptū legis erat vt decima luna p̄mi
menſis agn⁹ ſiue hedus in domo recluderet' vſqȝ ad
xiiij. lunā eiuſdē mēſis q̄n ad veſperā imolabatur
vnde ⁊ ver⁹ agn⁹ ex omī grege ſine macula elect⁹ ꝓ
populi ſanctificatiōe immoland⁹ añ qnqȝ dies id eſt
decima luna iheroſolimā aſcēdit. ¶ Aug. Quant⁹
aūt fruct⁹ apparuerit p̄dicatiōis eius ⁊ quant⁹ grex
oiū ex his que pierant dom⁹ iſrahel vocē paſtoris
audiēt intendend̄ eſt ex eo quod dicit'. In craſtinū
aūt tuba multa que ꝯuenerat ad diē feſtū cū audiſſȝ
ꝙ veniret ihs iheroſolimā acceperūt ramos palmaꝝ
rami palmaꝝ laudes ſūt ſignificantes victoriā q̄ erat
dn̄s mortē moriēdo ſupatur⁹ ⁊ tropheo crucis de
diabolo mortis princ̄ipe triūphatur⁹. ¶ Criſ. Oſtē
debant aūt q̄m de reliquo maiorē quā d' ꝓpheta opi
niōē hēbant de eo. vn̄ ſequit'. Et pceſ. ob ei ⁊ cla.
Oſanna q̄ venit in noīe dn̄i rex iſrael. ¶ Aug. Oſā
na vox eſt obſecrantis magis affectū indicans q̄ȝ
rem aliquā ſignificans ſic' ſūt i lingua latina q̄s inter
iectiones vocāt ¶ Hed. Eſt aūt ꝯpoſitū ex corrup
to ⁊ integro. Oſi em̄ ſalua. anna obſecrātis ē interiectiō
oſi ergo corruptū. anna ē integrū. Benedict⁹ aūt qui
venit in noīe dn̄i ſic potius accipiendū eſt vt in no
mine dn̄i in noīe dei patris intelligat'. q̄uis poſſit i
telligi etiā in noīe ſuo q̄a ⁊ ipſe dn̄s eſt. Sed verba
ei⁹ meli⁹ nr̄m dirigūt itellectū q̄ ait. Ego veni in noīe
patris mei. nō vnq̄ȝ amittit diuinitatē q̄n nos docet
humilitatē. ¶ Criſ. Hoc ē etiā qd̄ maxime coegit
credere in xp̄m oēs q̄m nō eſt deo ꝯtrari⁹. ⁊ hoc
maxime erigebat plebē ꝙ ipſe dicebat ſe a p̄re veniſ
ſe. ex his ergo v̄bis colligim⁹ ꝙ de⁹ eſt. Nā oſāna
ſaluos fac interpretat'. ſalutē aūt ſoli deo ſcriptura at
tribuit. deinde q̄a vere eſt de⁹. q̄ venit inquiūt nō q̄
ducit'. hoc em̄ ſuile eſt q̄dāmodo. Illud v̄o dn̄icū. Ex
etiā dicūt in noīe dn̄i. illud idē erga ipm̄ ꝓtendit.
Nō em̄ i noīe ſui ſȝ dn̄i dicūt illū venire. ¶ Aug.
q̄d aūt magnū fuit regi ſeculoꝝ regē fieri hoīm. nō
em̄ rex iſrael xp̄s ad exigendū tributū uel ferro ex
ercitū armādū. ſed rex iſrael ꝙ mentes regat ꝙ i
regnū celoꝝ ꝑducat ꝙ ergo rex eſſe voluit iſrael.
dignatio ē. nō ꝓmotio. miſeratiōis īdiciū nō ꝑtātis
augmētū. q̄ ei appellat⁹ eſt i t̄ra rex iudeoꝝ i celis ē
dn̄s angloꝝ ¶ Tho. Judei aūt regē iſrael ipm̄ nūcu
pabāt q̄n ſenſibilē regē ſomniātes expectabāt. nāqȝ
exurgere quēdam in regē maiorē q̄ȝ ſm̄ humanā na
turā ſaluaturū eos a romanoꝝ iuriſdictione. Quō
aūt dn̄s venerit oſtendit euāgeliſta ſubdēs. ⁊ iuenit
ihs aſellū ⁊ ſedit ſ'r eū. ¶ Aug. Hic breuit' dictū
eſt. nā queadmodū fit factū apud alios euangeliſtas
ꝑleniſſime legit'. Pullū aūt aſine in q̄ nemo ſederat:
hoc em̄ apud alios euāgeliſtas iuenit' intelligim⁹ ꝓpl'm
gētiū q̄ legē dn̄i nō acceꝑat. aſinā v̄o q̄a vtrumqȝ
dn̄o adductū ē plebē ei⁹ que veniebat ex ꝓplo iſrael.
¶ Criſ. Fecit ergo hoc ꝓpheticē aliq̄d figurans. q̄m
videlicet immūdū gentiū ꝓpl'm debebat ſubiectū hr̄e
⁊ ꝓpheciā quandā iplens ¶ Aug. Adhibet' aūt huic
facto ꝓpheticū teſtimoniū ut appareret q̄m maligni pri
ncipes iudeoꝝ eū nō intelligebant in q̄ implebant' q̄
legebāt. vn̄ ſequit'. Sic' ſcriptū ē. noli timere filia ſi
on ecce rex tu⁹ venit ubi ſedēs ſup pullū aſine. in il
lo ꝓplo erat filia ſion ipſa eſt iheruſalē q̄ hō ei dr̄.
noli timē. illū agno. q̄ a te laudat'. ⁊ noli trepidare
cū patit' quia ille ſanguis fundit' ꝑ quē tuū delictū
deleat' ⁊ vita redimatur. ¶ Criſ. Vel alit' quia re
ges eoꝝ multi fuerant ⁊ eos obnoxios bellis facie
bant cū fide ait hic nō talis. ſed mitis ⁊ manſuet⁹
q̄d oſtendit' ab aſino. Nō em̄ exercitū habens intra
bat ſed aſinū habens ſolum. Vide aūt euangeliſte ſa
pientiā. Nō verecūdabat' p̄orē ignorantiaȝ diuulga
re. Nam ſequit'. Hec non cog. diſci. ei⁹ p̄mum. ſed
quando glorificatus eſt ihus. ¶ Aug. i. quando v̄
tutem ſue reſurrectionis oſtendit. Tunc recor. ſunt
quia hec erant ſcripta de eo ⁊ hec fecerūt ei. i. non
alia q̄ȝ q̄ ſcripta erāt d' eo. ¶ Cri. Hoc aūt ignorabāt
quoniam ipſe nō reuelauit eis. Scandaliſaſſet enim
eos ſi rex exiſtens talia paſſur⁹ erat. ⁊ etiam nō ſu
ſcepiſſent ſtatī cognitiōem regni de quo dicebat'. de
regno enim temporali hoc dici putaſſent. ¶ Theo.
Aſpice aūt ꝯſequētiam paſſionis ſuſcitatus lazarus
hoc omniū nouiſſime reſeruans miraculū ⁊ ob hoc
plurimi ꝯcurrebāt ⁊ credebant. vn̄ ſeq̄t'. teſtio. g⁹
ꝑhi. tur. q̄ erat cū eo q̄n vo. la. d' monu. ⁊ ſuſci. eū
a mor. ꝓpterea ⁊ obuiā ve. ei tur. q̄a au. eū fe. hoc ſig
nū. Ex quo liuor ⁊ inſidie. vnde ſeq̄t'. Phariſei aūt dice
bant ad ſemetipſos videtis q̄ nihil ꝓficim⁹. ecce mū
d⁹ tot⁹ p⁹ eū abijt. ¶ Aug. Turba turbauit turbam
Quid aūt inuidet ceca tuba q̄ p⁹ eū abijt mūd⁹ ꝑ quē
fact⁹ ē mūd⁹ ¶ Criſ. Mūdū em̄ hic turbam dicūt videt'
aūt mihi hoc dictū eſſe eoꝝ q̄ iam ꝯdem erant non au
debant aūt ꝯpalari. demū ab euētu deterrebant alios q̄
icōſūmabilia temptātes ¶ Tho. Ac ſi d. q̄ꝯtūcūqȝ īſi
diam' tanto hic auget' ⁊ gl'ia ei⁹ intendit'. q̄s g⁹ pro
fect⁹ de tantis inſidijs.

¶ Erant aūt gētiles q̄dam ex his q̄ aſcē
derant vt adorarēt in die feſto hi ergo ac
ceſſerūt ad philipum qui erat a betſayda
galilee ⁊ rogabāt eū dicētes. Dn̄e voluꝰ
iheſū videre venit philipus ⁊ dicit andree
andreas rurſū ⁊ philipus dicūt iheſu ieſꝰ
aūt r̄ndit eis dicēs venit hora vt clarificet'
filius hoīs. Amen amē dico vobis niſi gra
num frumēti cadēs i terrā mortuū fuit ipm̄
ſolū manet Si aūt mortuū fuit multū fructū
affert. q̄ amat aīam ſuam perdet eam ⁊ qui
odit aīam ſuam in hoc mūdo i vitā eternam
cuſtodit eam. Qui michi miniſtrat me ſequa
tur. ⁊ vbi ego ſum illic ⁊ miniſter meus erit.
Si q̄s michi miniſtrauit honorificabit eum
pater meus.

¶ Hed. Templū dn̄i iheroſolimis ſitū adeo erat famo
ſum vt dictis feſtis nonſolū vicini ſȝ etiam multe exlō
ginq̄s regionibꝰ gētes illuc aduenirēt. Sic' de eunu
cho Candacis regie ethiopū act⁹ apl'oꝝ declarat.
Hic ergo ꝯſuetudie hi gentiles venerant adorare
de quibꝰ dicit'. Erant autem gentiles quidā ex his
qui aſcenderunt vt adorarent in die feſto. ¶ Criſo.

¶ Criſ. ꝓſe exiſtẽs de cetero vt ꝓſeliti fierẽt fama
ieſu audita de xp̄o volunt eũ videre. vnde ſequit̃.
Hi ergo acce. ad phi. qui erat a beth. gal. ⁊ roga.
eum dicẽ. Dñe volu. ihm videre ¶ Aug. Ecce vo
lunt eũ iudei occidere gentiles videre. Sꝫ et illi ex
iudeis erant q̃ clamabant bñdict⁹ qui venit in noĩe
dñi. Ecce illi ex circunciſione. illi ex prepucio vel
duo parietes de diuerſo venientes. ⁊ in vnã fidem xp̄i
pacis oſculo ꝯcurrentes. Seq̃t̃. Venit philipp⁹ ⁊ di
cit andree. ¶ Criſ. Quaſi ꝑ iori exiſtẽti Audierãt
em̃ i viam gentiũ ne abientis ꝓpterea cũ ꝯdiſcipu
lo communicãs magr̃o refert vnde ſeq̃tur. Andreas
rurſus ⁊ philipp⁹ dicũt ihesu ¶ Aug. Audiam⁹ g⁹
vocem lapidis angularis vnde ſeq̃tur. Ihes⁹ autẽ
r̄ndit eis dicẽs venit hora vt clarificetur fili⁹ ho
mis. Forſitan aliq̃s putat ideo ſe dixiſſe glificatuꝫ
quia gentiles eũ volebãt videre nõ ita ẽ ſꝫ videbat
gentiles poſt paſſionẽ ⁊ reſurrectionẽ ſuã in oĩb⁹
gentib⁹ credituros. Ex occaſione igit̃ iſtoꝝ gẽtiliũ
qui eum videre cupiebãt annũciat futam plenitudi
nem gẽtium ⁊ ꝓmittit iam ad eſſe horã glificatio
nis ſue qua facta in celis gentes fuerãt crediture ſe
cundũ illud. Exaltare ſup celos de⁹ ⁊ ſup oẽm ter
rã glia tua. ſꝫ altitudinẽ glificacõis oportuit vt ꝑce
deret hũilitas paſſiõis. vñ adiũxit Amẽ amẽ di. vo ñ
granũ fru. ca. iñ. mor. fuerit ipſꝫ ſolũ manet. Si aũt
mor. fuerit multũ fructũ affert. ſe aũt dicebat gra
num mortificandũ infidelitate iudeorum multiplican
dũ in fide populoꝝ ¶ Beda. Ipſe ei ex ſemie patri
archaꝝ in agro huiꝰ mundi ſeminat⁹ eſt. i. incarna
tus vt moriendo cũ multiplicatione reſurgeret ſo
l⁹ mortu⁹ eſt cum multis ſurrexit. ¶ Criſ. Et quia
p ſmones non ita ſuadebat vtitur exemplo. quia
frumẽtum magis facit fructũ cũ mortuum fuerit ſi
aũt in ſemibus h̃ accidit. multomagis in me. Quia
igit̃ de reliq̃ debebat dimittere diſcipulos ad gẽtes
videt aũt gentiles ꝓſilientes ad fidẽ oſtendit ꝙ tem
pus erat vt ad crucem veniret. Non em̃ ꝑus eos
ad gentes miſit. donec iudei offenderũt donec cruci
fixerũt. Et qꝛ de morte ſua ꝑuidit diſcipl̃os ꝯtriſtã
dos ſupabundantiã facit ſmonis dicẽs nonſolum ſi
ñ mortem meã patienẽ ſuſtinuentis. ſedeciã ſi vos ip
ſi non moriamini nullũ vobis erit lucrum ⁊ hoc eſt
quod ſubdit qui amat aĩam ſuam ꝑdet eã. ¶ Aug.
Hoc duob⁹ modis intelligi poteſt qui amat perdet
i. ſi amas ꝑdes ſi cupis vitam tenere in xp̄o noli
mortem timere p xp̄o. Item alio mõ qui amat aĩaꝫ
ſuam ꝑdet eã. Noli amare in hac vita. ne ꝑdas in e
terna vita. hoc aũt quod poſteri⁹ dixi. magis habe
re videt̃ euangelicũ ſenſũ. ſequit̃ em̃. Et q̃ odit ani
mã ſuam in h̃ mundo in vitã eternã cuſtodit eã er
go qḋ ſup dictũ q̃ amat ſubintelligit̃ in hoc mundo.
¶ Criſ. Amat aũt aĩam ſuam in hoc mũdo qui deſi
deria eius incõueniencia facit. Odit aũt eam qui nõ
credit ei noxia ꝯcupiſcenti ⁊ nõ dixit q̃ ñ credit ei
ſed qui odit eam. Quẽadmodum em̃ eoꝝ q̃ odio ha
bentur nec vocem audire ſuſtinem⁹ nec viſum vide
re delectamur. Ita ⁊ aĩaꝫ cũ ꝯtraria inũgit cue d̃
non placẽt cũ vehemẽtia auertere oportet ¶ Theo.
Quia em̃ valde onoroſũ erat audire ꝙ oportet odi
re aĩam ꝯſolabatur p hoc ꝙ addit̃ i hoc mũdo. tp̄is
indicãs ꝑticularitatẽ. Non em̃ imꝑpetuũ iubet aĩa
odio haberi ⁊ emolumẽtũ ponit cum dicit In vitã
eternã cuſtodiat eã. ¶ Aug. ſꝫ Vid̃ ne tibi ſubrepat
vt te ipſm interimere velis ſic intelligẽdo ꝙ debes in
hoc mũdo odiſſe aĩam tuã. hic em̃ quidã maligni at
ꝙ puerſi homicide flãmis ſe donãt aquis ꝑfocant
ꝑcipitatione collidunt ⁊ ꝑeunt h̃ xp̄s nõ docuit im
mo ⁊ diabolo ꝑcipitium ſuggerenti r̄ndit. Vade ſa
thanas Cũ ergo cauſe articul⁹ venerit vt hec cõdi
tio ꝓponat̃. aut faciẽdum eſſe cõtra dei ꝑceptũ. aut
ab hac vita migrandũ. cõmĩante mortem ꝑſecutore
ſibi oderis in h̃ mundo aĩam tuã. vt i vitã eternã cu
ſtodias eam. ¶ Criſ. Dulcis quidẽ ẽ pñs vita. his
q̃ affixi ſiit ei. Si vo quis ad celũ reſpexerit videns
que ibi ſint bona cito ꝯtemnet vitaꝫ pñtẽ. cũ em̃ apa
ruerit melioꝛ cõtemnit̃ peioꝛ. In hoc ergo nos idu
cens xp̄us ſubdit. Qui mihi miſtrat me ſequatur
id eſt me imitet̃ d̃ morte hac dic̃ ⁊ d̃ ea que per opa
aſſecucione. Oportet em̃ eũ qui miſtrat eum cui mi
ſtrat ſequi. ¶ Aug. Quid ergo ſit miſtrare xp̄o in
ipſis vbis agnoſcim⁹ cũ dicit. Si quis mihi miſtrat
Miſtrant ergo ihesu qui nõ ſua querũt. ſed q̃ ihu
xp̄i. hoc eſt em̃ me ſequat̃ vias ambulet meas. non
ſuas. non ea tm̃ que ad miſericordiã ptinẽt corpora
lem. ſꝫ oĩa opa bona ꝓpter xp̄m faciens vſqꝫ ad illud
op⁹ magne caritatis. quod eſt aĩam pro fratrib⁹ po
nere. Sed quo fructu qua mercede ſeq̃tur. ⁊ vbi
ego ſum illic ⁊ miſter me⁹ erit. Gratis amat̃ ⁊ ope
ris quo miſtratur illi ꝑcium ſit eſſe cũ illo. ¶ Cri.
Oſtendit aũt p hoc ꝙ reſurrectio morti ſuccedet. vbi
aũt ſum at. q̃a in celis ante reſurrectionẽ xp̄s erat
Igit̃ illuc trãſmigrem⁹ aĩo ⁊ mente ſequit̃. Si
quis mihi mini. hono. eũ pater meus ¶ Aug. Per
hoc intelligit̃ expoſuiſſe vt ſup dixerat illic ⁊ mini
ſter meus erit. Nam quẽ maiorẽ honorẽ accipere
poterit ad opeat⁹ qꝫ ut ſit vbi ẽ vnic⁹. ¶ Criſ. Nõ
aũt dixit ego honorificabo eũ. ſꝫ pater me⁹ Nõdũ
em̃ de eo decẽtẽ opinionẽ habebãt. ſed maiorẽ d̃ pre

¶ Nunc anima mea turbata eſt. Et qḋ di
cam Pater ſaluifica me ex hac hora ſed ꝓp
terea veni in horam hãc. Pater clarifica no
men tuum. Venit ergo vox de celo dicens
⁊ clarificaui. ⁊ iterum clarificabo. Turba
ergo que ſtabat ⁊ audiebat. dicebat toni
truũ factum eſſe. Alij dicebant. Angelus
ei locutus eſt. R̄ndit ihesus ⁊ dixit. Non
ꝓpter me hec vox venit ſed ꝓpter vos. nũc
iudicium eſt mundi. Nunc princeps mũdi
huius eijcietur foras Et ego ſi exaltatus
fuero a terra. omnia traham ad meipſum
Hoc autem dicebat. ſignificãs. Qua mor
te eſſet moriturus.

¶ Criſ. Quia dñs ad paſſionem diſcipulos exhor
tatus fuerat ne dicãt ꝙ ipſe extra doloꝛes exiſtens
hũanos facile de morte philoſophat̃ ⁊ nos admonet

pter h̄ q̄ ipe est sine piculo ostēdit q̄ ⁊ ipe in ago
nia sit tamē pter vtilitatē mortē nō renuit. vñ dicit
Nūc anīa mea turbata ē. ¶ Aug. Audio q̄ in h̄ mū
do odit aīam suā in vitam eternā custodit eam. ⁊
mūdm ↄtēnere accēdor ⁊ in ↄtrario mō nihil est vite
huius totus q̄tūlibet fuerit prolixior vapor p amore eē
nor tpalia mihi cūcta vilescūt. ⁊ rursū dñm audio
dicētem nunc aīa mea turbata est. Sequi iubes aīa
meā s; ēbari video aīam tuā q̄le fūdamētū q̄rā si pe
tra succūbit. Agnosco dñe miā tuā nā q̄ caritatis
volūtate ēbaris mēbros i corpe tuo q̄ sūt in firmita
tis necessitate ēbāt ne dspādo pereāt cōsolans in se
g° capud nr̄m suscepit mēbroꝝ suoꝝ affectum. Et
ideo non est ab alijs ēbatus s; sicut de illo supra dictū
ē turbauit semetipm. ¶ Crīs. Appropinquans enī
d reliquo crucē q̄d huāmū est ostēdit ⁊ naturā nō
volentē mori. s; pñti adherentē vite ostendēs qm̄ n̄
extra humanas passiōes erat. Sicut enī esurire non
crimē est. ita neq̄ pñtem vitam appetere. xp̄s aūt
corpus a peccato mūdū habebat nō a naturalib; neces
sitatib; exutū. hoc igit̄ dispēsationis ē nō deitatis.
¶ Au. Deniq; hō q̄ seq̄ vult audiat qua hora sequat̄
accessit forte hora terribil' ppoit̄ optio aut faciēde
iniq̄tatis aut subeunde passionis. turbat̄ aīa infir
ma. Audi ergo q̄d subiungit. ⁊ q̄d dicā. ¶ Beda
Hoc ē q̄d aliud n̄ vñ mēbra mea instruāt. Pr̄ salui
fica me ex hac hora. ¶ Aug. Docuit te quē inuoces
cuius voluntatem tue voluntati preponas. Nō ideo ti
bi videat̄ exalto diffidere q̄a te vult ab initio pficere
re hominis suscepit infirmitatē vt doceat ↄtristatū
dicere nō q̄d ego volo s; q̄d tu vis. vñ ⁊ subdit̄ Sz
propterea veni in horā hanc. Pr̄ clarifica nomē tuū
in sua scz passione ⁊ resurrectione. ¶ Crīs. Quasi
di. Non habeo q̄d dicā ereptionem q̄rens. pptrea
enī veni in horā hanc. ac si dicat ⁊ si turbemur ⁊ tu
multū patiamur. nō fugiamus mortem. q̄a ego nunc
turbatus nō dico vt effugiā. Oportet enī ferre q̄d
superuenit. Nō dico eripe me ex hora hac s; ↄtrariū dico
scz clarifica nomen tuū. Ostēdit enī qm̄ p veritate
mortē gl'iā dei h̄ vocans ⁊ hoc euenit. futurū enī
erat vt post crucem ↄuerteretur orbis terrarū. ⁊
cognosceret nomen dei ⁊ coleret nonsolū patris sed
etiā filij. Sz tñ hoc silet. Sequitur. Venit ergo vox
de celo dicens. Et clarificaui ⁊ iterum clarificabo.
¶ Gregorius. xxviij. mora. h̄ verbis per angelū
loquit̄ deus cum nil i imagine ostēditur. s; supne vo
cis v̄ba audiunt̄. ⁊ inimiā de celestib; loquens v̄ba
sua que audiri ab hominib; voluit rationali creatura
ad ministrante formauit. ¶ Aug. Clarificaui aūt dicit
anteq̄ facerē mūdum ⁊ iterū clarificabo cum resur
get a mortuis. Vel aliter clarificaui cum v̄gīe natus ē
cum miracula multa fecit cū dscēdēte spūsancto i spe
cie columbe mōstratus est ⁊ iterū clarificabo cum rsur
get a mortuis cum exaltabit̄ sup celos deus ⁊ super
omē terrā gl'ia eius. Sequit̄. turba ergo q̄ stabat ⁊
audiebat dicebat tonitruum factum esse. ¶ Criso.
Aperta quidem ⁊ bene significatiua erat vox sed q̄a
to ab eis euolauit quasi a grossioribus ⁊ carnalib; ⁊
desidiosis ⁊ hi quidē sonitū tm̄ retinuerūt. Alij vo
qm̄ articulata erat vox nouerant q̄d aūt significauit

nō ad huc de quib; subdit̄. Alij dicebant. Angelus ei
locutus est. Sequit̄. Respondit ih̄s ⁊ dixit nō pp
me hec vox venit. sed pter vos ¶ Aug. Hic osten
dit illa voce nō sibi indicatum quod iam sciebat sed
eis quib; indicari oportebat. Sicut autē vox illa nō
pter eum facta ē s; pp̄ eos sic anima eius nō pter
ipm sed pter eos turbata ē. ¶ Crīs. Ad illud enī
instat vox patris quod semp dicebant qm̄ nō est ex
deo. Qui enī a deo glorificat̄ qualiter nō ē ex deo.
Vbi vide q̄ humilia pter eos facta sūt nō quasi fi
lio auxilio indigēte. q̄a ergo dixit clarificabo ondit
ↄsequētem ⁊ modum glie. Nā sequit̄ Nūc iudiciū
ē mūdi ¶ Au. iudiciū enī q̄d i fine expectat̄ erit pmi
orum penarumq; eternaꝝ. Dr̄ etiā iudicium nō dam
natōis sed discretōis hoc vocabat h̄ iudiciū discre
tionē scz ⁊ a suis redemptis diaboli expulsionē. vñ se
q̄tur nūc pnceps mūdi huius eijcietur foras. Absit vt di
abolum pncipē mūdi ita dictū existimemus vt cū celi
⁊ t̄re dñatorē esse credamus s; mūdus appellatur i mal
hoib; q̄ toto orbe terraꝝ diffusi sūt. Sic g° dictū ē
pnceps huius mūdi .i. pnceps maloꝝ hoꝝ hoim q̄ habi
tāt in mūdo appellat̄ etiā mūdus sicut i bonis q̄ p totū or
bē terraꝝ diffusi sūt. Jō dic̄ aplus. deus erat i xp̄o
mūdm recōcilians sibi. Hi sūt ex q̄ꝝ cordib; pnceps
mundi eijcit̄ foras. pudebat enī dñs post passiōē ⁊
glificationem suam p vniuersū mūdm multos pplos
credituros i quoꝝ cordib; diabolus intus erat. qui q̄n
ex fide renunciāt eijcit̄ foras s; nunq̄d de cordib; ve
terū iustoꝝ nō est eiectus foras. quō g° dictum ē nūc
eijcit̄ foras nisi q̄ tūc q̄d i hoib; paucissimis factū
est nūc i multis magnisq; pplis iā mox futurū esse p
dictū est. q̄d g° ait quispiā quia diabolus eijcit̄ foras
iam fidelium neminē tēptat. imo tēptare nō cessat. s;
aliud ē interius regnare aliud forinsecus oppugnare.
¶ Crīs. Sz quale ē istud iudiciū q̄ diabolus foras eij
cit̄ exēplo id faciā manifestū. Sicut aliq̄s debitores ex
petēs ⁊ feriat ⁊ i vincula mittat. deīd ex eadē deme
tia ⁊ eū q̄ nihil debet sub eūdē carcerē ducat hic ⁊
eoꝝ q̄ in alios fecit dabit vindictā. Ita ⁊ in xp̄o fa
ctū ē. eoꝝ enī q̄ dyabolus i nos fecit p ea q̄ in xp̄m au
sus ē sustinebit vindictā ⁊ ne q̄s dicat. qualit̄ mittet̄
foras si te supabit sbiūgit. ⁊ ego si exaltatus fuero a
t̄ra oīa trahā ad meipm. qualit̄ enī supat̄ q̄ ⁊ alios
trahit. h̄ aūt plus fuit dicere q̄ resurgā. si enī h̄ dixis
set nōdū manifestū esset q̄d traheret. Dicēdo vo tra
hā verūq; demōstrat. ¶ Aug. Sz q̄ oīa trahit. n̄
ex q̄b; diabolus eijcit̄ foras. nō aūt dixit oēs s; oīa nō
enī oīm ē fides. nō itaq; h̄ ad vniuersitatē hoim rettulit
s; ad creatūe integritatē .i. spm ⁊ aīam ⁊ corpus ad illud
scz q̄d intelligimus q̄ viuimus q̄ visibiles sumus. aut si oīa
ipi hoies intelligēdi sūt oīa pdestinata ad salutē pos
sumus dicere aut certe oīa hoim gn̄a sm̄ inmiabiles
diuersitates q̄b; inter se pter sola pctā hoies distāt. ¶ Cri.
q̄ue igit̄ sup dixerit q̄ pr̄ trahit q̄a s. filio trahēte pr̄
trahit dic̄ aūt trahā q̄si a tyranno detētos ⁊ p seip
sos nequentes accedere ⁊ illius manus effugere ¶ Au.
Sz si exaltatus itaq; fuero a t̄ra h̄ ē cū exaltatus fuero
nō eī dubitabat futurū eē q̄d venit iplere. nā exaltati
onē suā dixit i cruce passionē. vñ euāgelista subdit
Hoc aūt dixit significans qua morte esset moriturus.

¶ Reſpōdit ei turba. Nos audiuim⁹ ex le
ge q̄a xp̄s manet ineternū. ⁊ quō tu dicis
oportet exaltari filiū hominis q̄s eſt iſte fi
lius hoīs. Dixit ergo eis iheſus. Adhuc
modicū lumen in vobis eſt. Ambulate duȝ
lucem habetis. vt vos tenebre nō cōprehē
dant. Et q̄ ambulat in tenebris neſcit quo
vadat dum lucem habetis credite in luceȝ
vt filij lucis ſitis. Hec locutus eſt iheſus.
Et abijt ⁊ abſcondit ſe ab eis

¶ Aug. Cum intellexiſſēt iudei ꝙ dn̄s de ſua morte
dixiſſet ꝓponūt ei queſtiōȝ quō ſe diceret moriturū
Unde dr̄. Reſpōdit ei turba. Nos audiuim⁹ ex lege q̄a
xp̄s manet ineternū quomodo tu dicis oportet ex
altari filiū hoīs. memoriter tenuerūt quod dn̄s aſ
ſidue dicebat ſe eſſe filiū hoīs. Nā hoc loco non
dixit. Si exaltat⁹ fuerit fili⁹ hoīs a terra. ſed ſupius
dixerāt venit hora vt clarificetur fili⁹ hoīs. hoc g⁹
in animo retinentes inquiūt. ſi xp̄s manet ineternum
quō exaltabit̄ a terra id eſt quomō crucis paſſione
morietur. ¶ Criſ. Nunc ē videre qm̄ multa eorū
que parabolice dicebant̄ intelligebāt quia em̄ ꝑuenit
de morte diſputans audientes hic exaltatōem. ſuſpi
cati ſunt h̄. ¶ Aug. Vel hoc eū dixiſſe intelligebāt
q̄d facere cogitabant. Nō ergo eis vbox iſtox ob
ſcuritatem aperuit infuſa ſapiētia. ſed ſtimulata ꝯſci
entia. ¶ Criſ. Et vide qualit̄ malicioſe interrogant
Nō em̄ dixerūt nos audiuim⁹ ex lege q̄a xp̄s nihil
patit̄. In multis em̄ ſcripturax locis ⁊ paſſio ⁊ re
ſurrectio ſimul ponit̄ ſȝ qm̄ manet ineternū. Et mi
nimū hoc nō erat cōtrariū. Immortalitati em̄ ꝑ paſ
ſionem nō eſt factum impedimentū. ſed eſtimauerūt
ꝑ hoc oſtendere eū non eſſe xp̄m. qm̄ xp̄s manet in
eternū. Deinde ſubdūt. Quis eſt iſte fili⁹ hominis. ⁊
hoc malicioſe. Quaſi dicent ñ dicas ꝙ ꝓpter odiū h̄
dicam⁹. Ecce em̄ nō nouim⁹ de quo dicis. ſed xp̄s re
ſpondit. oſtēdens qm̄ paſſio nō ꝓhibet manere eum
ineternū. vn̄ ſubdit̄. dixit ergo eis ih̄s. adhuc modi
cū lumen in vobis eſt. Quaſi d. adhuc paruo tp̄e
ego lux vobiſcum ſum ꝑ hoc oſtēdens ꝙ mors eius
trāſmigratio eſt. Etenī lux ſolaris non interimit̄ ſȝ
parū recedens rurſus aparet. ¶ Augu. Vel aliter
Modicū lumen in vobis eſt ꝑ h̄ ꝙ intelligitis quia
xp̄s manet ineternū. ergo ambulate accedite. totū
intelligite ⁊ moriturū xp̄m ⁊ victurum ineternum
dū lucē habetis. ¶ Criſ. Hic dicit temp⁹ totū pre
ſentis vite ⁊ ante crucem ⁊ p⁹ crucē. Multi em̄ p⁹
crucem crediderūt in eū. vt non tenebre vos ꝯpre
hēdāt. ¶ Aug. Si ſcȝ eo mō credideritis xp̄i etnita
tē vt negetis in eo mortis humilitatē. Seq̄tur. Et q̄
ambulat itenebris neſcit quo vadat. ¶ Criſ. Quā
ta denīq; iudei nūc agunt ⁊ neſciunt q̄d agunt ſed
ut intenebris ambulātes putant rectā incedere viaȝ
ꝯtrariā aūt vadunt. ꝓpterea ſubdit. Dum lucē habe
tis credite in lucē. ¶ Aug. Id eſt dū aliquid veri ha
betis credite in veritatem vt renaſcamini veritate vn̄
ſeq̄tur. Vt filij lucis ſitis. ¶ Criſ. Quod eſt filij mei

In pn̄cipio aūt euangeliſta dicit ꝙ ex deo nati ſunt
h̄ eſt ex patre h̄ autē ipe dicit̄ hoc generare vt oſ
ſcas qm̄ vna eſt actio patris ⁊ filij. Seq̄tur. Hec
locut⁹ eſt ih̄s ⁊ abijt ⁊ abſcondit ſe ab eis ¶ Aug.
Non ab eis qui credere ⁊ diligē cepunt. ſed ab eis
qui videbant ⁊ inuidebāt. cū autē ſe abſcondit nr̄e
infirmitati conſuluit non ſue poteſtati derogauit.
¶ Criſ. Sed cū nec lapides leuarēt nec plaſphema
rent c⁹ gr̄a occl̄tat⁹ eſt. corda ei inimici⁹ nouerat fu
rorē ī eis ſeruētem. ⁊ nō expectauit ut ī op⁹ exirent
ſed occultatur mitigans eorum inuidiam.

¶ Cum aūt tanta ſigna feciſſet coram eis
non credebāt in eum vt ſermo eſaie ꝓphete
impleretur quē dixit. Domine quis credi
dit auditui noſtro. ⁊ brachiū domini cui re
uelatum ē. ꝓpterea nō poterāt credere. q̄a
iterum dixit eſaias. Excecauit oculos eo
rū ⁊ indurauit cor eorū vt non videāt ocu
lis ⁊ in telligant corde ⁊ conuertant̄ ⁊ ſanē
eos Hec dixit eſaias quādo vidit gloriam
eius ⁊ locutus ē de eo. Veruntamē ex prin
cipibꝫ multi crediderūt i eum ſȝ ꝓpter pha
riſeos non ꝯfitebant̄ vt de ſinagoga nō ei
cerentur Dilexerunt em̄ magis gloriam
hominū q̄ȝ gloriam dei.

¶ Criſ. Mouerat domin⁹ ferventeȝ aīm iudeox ⁊
occiſionē meditātē ⁊ idō occultat⁹ eſt ⁊ h̄ octies inſi
nuauit euāgeliſta ſubdens. cū aūt tāta ſigna feciſſet
coram eis non credebāt in eū. ¶ Theo. Non autem
modice iniquitatis fuit tātis ſignis nō credere. Ea
vō ſigna cōmemorat que ſup̄ ſunt poſita. ¶ Criſ.
Ne quis aūt dicat. cui⁹ gratia venit xp̄s nō noue
rant. ꝙ nō ei intenderēt ⁊ idō ad h̄ excludendum in
ducit eciā ꝓphetas h̄ ſcientes ꝓpter quod ſeq̄tur. Vt
ſmo eſaie ꝓphete impleret̄ quē dixit. Dn̄e quis cre
didit auditui noſtro. ⁊ brachium dn̄i cui reuelatuȝ
nem diſcipulis ſuis inſufflaſſet dicens. accipite ſpm̃
ſanctum. De hac quoqꝫ vtute credend⁹ ẽ dicere euã
geliſta. vt⁹ de illo exibat. ⁊ ſanabat oĩes. Si ergo
⁊ de p̃re ⁊ de filio procedat ſpũſſanct⁹. cur fili⁹ dix
it de patre ꝓcedit. ñ queãdmodũ ſolet ad eũ refer
re. ⁊ quod ipſi⁹ eſt de quo ipẽ eſt. Vnde illud eſt qd
ait. Mea doctrina non eſt mea ſꝫ eius qui me miſit
Si igit̃ hic intelligatur ei⁹ doctrina. quam tñ dixit
non ſuam. ſed patris quantomagis intelligend⁹ eſt
⁊ de ipſo ꝓcedere ſpũſſanct⁹. vbi ſic ait. De patre ꝓ
cedit vt non diceret de me nõ procedit. A quo aũt
habet fili⁹ vt ſit de⁹. ab illo habet vtiqꝫ ut procedat
ab eo ſpũſſanctus. Hinc vtcũqꝫ etiã illud intelligit̃
cur nõ dicat̃ nat⁹ eſſe. ſed poti⁹ ꝓcedere ſpũſſanct⁹
qm̃ ſi ⁊ ipſe fili⁹ diceretur. amborũ vtiqꝫ fili⁹ diceret̃
quod abſurdiſſimũ eſt. fili⁹ qui ꝓpe null⁹ eſt duoꝝ ñ
patris ⁊ matris. Abſit aũt vt inter deũ p̃rem ⁊ deũ
filium tale aliqd ſuſpicemur. qa nec filius hominuꝫ
ſimul ex p̃re ⁊ ex matre ꝓcedit ſꝫ cum ĩ m̃rem ꝓce
dit ex p̃re nõ tũc ꝓcedit ex m̃re. Spũs aũt ſanct⁹
nõ de p̃re ꝓcedit in filiũ ⁊ de filio ꝓcedit ad ſanctifi
candam creaturã ſed ſimul de vtroqꝫ ꝓcedit. neqꝫ
eñ poſſum⁹ dicere φ nõ ſit vita ſpũſſanct⁹. cũ vita
pater. vita ſit filius. ac ꝑ hoc ſicut pater cũ habeat
vitã in ſemetipſo. dedit ⁊ filio vitam habere ĩ ſemet
ipſo. ſic ei dedit vitã ꝓcedẽ d illo ſic̃ ꝓced' ⁊ d ſeipſo

Capitulum. xvi

Hec locutus ſum vobis vt non
ſcandalizemini. abſqꝫ ſinago/
gis facient vos. Sed venit ho
ra vt omnis qui interficit vos
arbitretur obſequiũ ſe p̃ſtare deo ⁊ hec fa/
cient vobis quia nõ nouerũt patrem neqꝫ
me. Sed hec locutus ſum vobis vt cũ vene
rit hora eorũ reminiſcamini qꝫ ego dixi vo
bis Hec aũt ab inicio vobis non dixi quia
vobiſcum eram

❡ Aug. Operito promiſſo ſpũſancto quo in eis ope
rante fierent teſtes eius ſubiunxit. Hec locut⁹ ſum
vobis vt nõ ſcãdalizemini. Cũ eñ caritas dei diffun
ditur in cordib⁹ veſtris ꝑ ſpm̃ſanctũ qui dat⁹ eſt vo
bis ſit pax multa diligẽtib⁹ legem dei ut nõ ſit illis
ſcandalũ. Deinde que paſſuri eſſent exp̃mens ait.
Abſqꝫ ſinagogis faciẽt vos. ❡ Cris. Jam eñ ꝓpo
ſuerant ut ſiqs confeſſ⁹ fuerit xp̃m extra ſinagogã
fieret. ❡ Aug. Quid aũt mali erat ap̃lis expelli de
iudaicis ſinagogis quaſi nõ fuerint inde exituri. et
ſi eos null⁹ expelleret. Sed hoc noluit denũtiare qꝛ
iudei xp̃m nõ fuerãt recepturi a quo iſti nõ fuerãt
receſſuri. Nam qꝛ non erat vll⁹ ali⁹ ꝓplus dei quaꝫ
illud ſemen abrahe. ſi cognoſcerent xp̃m. nõ alie ſi
erent eccłie xp̃i alie ſinagoge iudeoꝝ. Quod qꝛ no
luerũt quid reſtabat ñ vt remanẽtes extra xp̃m ex
tra ſinagogam facerent eos qui nõ relinquerẽt xp̃m
Deinde cũ h' eis dixiſſet adiecit Sed venit hora ut
omis qui interficit vos arbitretur obſequiũ ſe pre
ſtare deo. Que ṽba ſubiecit tanq̃ꝫ ex hoc conſolare
tur eos qui de ſinagogis iudaicis pellerenẽ. an for
te de ſinagogis illa ſepatio ſic eos fuerat turbatura
vt mori vellent poti⁹ q̃ꝫ in hac vita ſine iudeorum
ꝯgregationib⁹ morari. Abſit vt ſic turbarenẽ. qui
dei non hominũ gl̃iam requirebant. Iſte itaqꝫ ſenſ⁹
eſt in his ṽbis. Extra ſinagogam facient vos. ſꝫ no
lite ſolitudinem formidare. Separati quippe a cõgre
gationibus eoꝝ tam multos in noĩe meo ꝯgregabi
tis vt illi metuẽtes ne templum qd erat apud eos
⁊ omĩa legis veteris ſacramẽta deſerãtur. ſic interfi
cient vos vt deo arbitrẽtur preſtare obſequiũ zelũ
dei hñtes. ſed non ſm̃ ſcientiã. Hoc eñ de iudeis di
ctum debem⁹ accipere de qbus dixerat extra ſinago
gam facient vos. Nã teſtes id eſt martires xp̃i eti
am ſi occiſi ſũt a gentilibus non tñ illi arbitrati ſũt
deo. ſed dijs ſuis falſis obſequiũ ſe preſtare. Judeo
rum aũt omis q occidit p̃dicatores xp̃i. deo ſe puta
uit preſtare obſequiũ credens φ deſererẽt deũ iſrael
quicũqꝫ ꝯuerterẽtur ad xp̃m. Hinc ergo accẽſi ⁊
zelum dei habentes nõ ſm̃ ſcientiam obſequiũ ſe deo
preſtare credentes occidebãt eos ❡ Criſoſt. Deniqꝫ
conſolationẽ inducit dicens ⁊ hec omĩa faciẽt vobis
quia nõ nouerunt patrẽ neqꝫ me. Quaſi diceret ſuf
ficit vob in ꝯſolationem ꝓpter me ⁊ p̃rem hec pati.
❡ Augu. Ne aũt ignaros atqꝫ imperitos aĩos ma
la improuiſa quãuis cito tranſitura turbarent. hãc
fuiſſe cauſam vt hec eis p̄nunciaret oſtẽdit ſubdẽs.
hec locutus ſum vobis vt cũ venerit hora remiſca
mini quia dixi vobis. Hora eoꝝ hora tenebroſa. ho
ra nocturna. Sed nox iudeorũ ſeparatum a ſe diem
xp̄ianoꝝ nulla cõfuſione fuſcauit. ❡ Criſo. Sed et
ꝓpter aliam cauſam hoc predixit vt nõ dicerent q
niã non p̄uidit futura ⁊ hec ſignificat cũ dicit. re
miniſcamĩ quia ego dixi vobis. Et vt non poſſet di
cere quia blandiẽs nobis ea que ad gr̃aꝫ dicebat ſo
lum. Cui⁹ aũt gr̃a hec a pĩcipio nõ dixit. oſtendit
dicens. Hec aũt ab inicio vobis non dixi. quia vo
biſcũ eram. qꝛ ſcilicet in cuſtodia mea eratis. ⁊ lici
tum erat interrogare quando volebatis. ⁊ ſuꝑ me
totum p̄lium vertebat̃ Unde ſuꝑfluum ſerat hoc a

principio vobis dicere nõ q̃a hoc eũc non noueram.
ꝓpterea nõ dixi. ¶ Aug. Sed alij tres euangeliſte
eum ꝑdixiſſe ea demõſtrãt. anteq̃ʒ ventum eſſet ad
cenam. qua peracta ſꝫm iohẽm iſta locutꝰ eſt. An for
te hinc iſta ſoluitur queſtio quia ⁊ illi eum narrant
ꝓximũ fuiſſe paſſioni cũ hec diceret. Nõ ergo ab
initio q̃n cum illis erat. Sed mathꝫꝰ nonſolũ immi
nente paſſione verũetiam ab initio hec denunciata
eſſe cõmemorat. Quid ſibi gꝰ vult qḋ hic dic̃. Hec
aũt ab initio dixi ñ quia ea que h̃ dicit de ſpũſancto
ꝙ ſit ventur ꝰ ad eos ⁊ teſtimoniũ ꝑhibiturꝰ quando
mala paſſuri ſunt hec eis ab initio non dixit. q̃m cũ
ipſis erat ⁊ eiꝰ preſencia conſolabanẽ. Abſceſſurꝰ
aũt oportebat vt diceret illum eſſe venturũ ꝑ quẽʒ
caritate diffuſa in cordibꝫ ſuis v̾bum dei cũ fiducia
ꝑdicarent. ¶ Criſ. Vel ꝑdixit quidem q̃m flagel:
la paterentur. Non aũt ꝙ mors eoꝶ reputaretẽ vt
dei cultura. qḋ maxime poterat eos attonitos facẽ.
Vel quia illic ea que a gẽtibꝫ debebat pati dixit. h̃ aũt
⁊ iudaica adiecit.

¶ Et nunc vado ad eum q̃ me miſit. ⁊ ne
mo ex vobis interrogat me quo vadiſ: ſed
quia hec locutus ſum vobis triſtitia imple
uit coꝛ veſtrum. Sed ego veritatẽ dico vo/
bis expedit vobis vt ego vadam. ſi em̃ nõ
abiero paraclitus nõ veniet ad vos. ſi aũt
abiero mittam eũ ad uos. Et cum venerit
ille arguet mundum de peccato de iuſticia.
⁊ de iudicio. De peccato quidem q̃a non cre
diderunt in me. De iuſticia v̾o quia ad pa/
trem vado. ⁊ iam non videbitis me. De iu/
dicio aũt q̃a princeps mũdi hꝰ iã iudicatꝰ ẽ.

¶ Criſ. Quia diſcipulos nondũ ꝑfectos triſticia im
pugnabat eos dñs increpando dirigit dicẽs ⁊ nũc
vado ad eum q̃ me miſit ⁊ nemo ex voƀ interrogat
me quo vadis. Audientes em̃ q̃m qui interficiet vos
opinabiẽ ſe obſequium preſtare deo ita ceciderũt vt
nihil ei loquerẽẽ ⁊ ideo ſubdiẽ. Sed q̃a hec locutus
ſum voƀ. triſticia impleuit coꝛ v̾rm. Nõ parua aũt
⁊ hec mitigatio ſcire eos q̃m ſciuiat dñs triſticie eo
rum ſupabundanciam ⁊ ꝓpter dlerẽonẽ eiꝰ ⁊ ꝓpter
mala que didicerant ſe paſſuros ⁊ neſciebãt. ſi poſ
ſent viriliter ferre. ¶ Aug. Vt quia ſuperius interro
gauerẽt eũ quo eſſet iturꝰ ⁊ reſpõderat eis eũ. ſe itu
rum quo ipſi tunc venire non poſſent nunc ita ſe ꝓ
mittit iturũ vt nullꝰ eorum quo vadat interroget ⁊
hoc ẽ qḋ dicit. Et nemo ex voƀ interrogat me quo
vadis. Euntẽ em̃ i celũ ñ verbis queſierẽ. ſed ocu
lis deduxeruntꝰ. Videbat aũt dominus quid ſua ver
ba in eorum cordibꝫ agerent ſpiritalem quippe non
dum interiꝰ habentes ꝯſolacionẽʒ quam ꝑ ſpm̃ ſanctũ
fuerant habituri. id quod exterius in xp̃o videbãt
amittere metuebãt. ⁊ quia ſe amiſſuros eſſe illo v̾a
denunciãte dubitare non poterant. ꝯtriſtabaẽ huma
nus affectꝰ. quia carnalis deſolabatur aſpectꝰ. Vñ
ſequiẽ. Sed quia hec locutus ſum voƀ triſticia im
pleuit cor veſtrum. Nouerat aũt ille quid eis po

tius expediret. quia viſus interioꝛ ipẽ eſt melioꝛ q̃
eos conſolaturus erat ſpũſſanctus. vnde ſubdit. ſꝫ
ego veritatem dico vobis expedit vobis ut ego va
dam. ¶ Criſ. Quaſi diceret Et ſi millies contriſte
mini oportet uos audire. quia me recedere vobis
confert. Quid autem conferat. oſtendit ſubdens Si
em̃ ñ abiero. paraclitꝰ nõ veniet ad vos ¶ Aug. pꝰ
de trinitate. Hoc autem dixit non propter inequali
tatem verbi dei ⁊ ſpiritusſancti. ſed tanq̃ʒ impedimẽ
to eſſet preſencia filij hominis apud eos quo minus
veniret ille qui minor non eſſet. quia non ſemetipm̃
exinaniuit ſicut filius formam ſerui accipiẽs. opor
tebat ergo ut auferretur ab eorum oculis forma
ſerui quam intuentes hoc ſoluꝫ xp̃m eſſe putabant
qḋ videbant. vñ ſequiẽ. Si aũt abiero mittã eũ ad
vos. ¶ Au. ſr̃ ioh̃. Nunq̃d aũt hic poſitus eum non
poterat mittere. quem ſcimꝰ ſup eum baptizatũ ve-
niſſe atq; manſiſſe imo vero a quo ſcimus eũ nũq̃ʒ
ſepabilem fuiſſe. Quid eſt ergo Si non abiero pa
raclitus non veniet ad vos. niſi non poteſtis capere
ſpiritum q̃diu ſecundũ carnem noſſe perſiſtitis xp̃ʒ
Chriſto autem diſcedente corpaliter nonſolum ſpi
ritusſanctus. ſed ⁊ pater ⁊ filiꝰ illis affuit ſpiritali
ter. ¶ Grego. vij. moꝶ. Ac ſi aperte diceret. Si ab
intencionis veſtre oculis corpus non ſubtraho ad
intellectum vos inuiſibilem ꝑ conſolatorem ſpm̃ nõ
perduco ¶ Aug. de v̾bis domini. Hanc aũt beatitu
dinem ſpiritusſanctus paraclitus attulit ut ab ocu
lis carnis forma ſerui remota quã de virginis ute
ro accepit in ipſa dei forma in qua patri equalis eſt
am cum in carne dignatus eſt apparere permanſit.
purgata mentis acie oſtenderetur. ¶ Criſo. Quid
autem hic dicunt qui non conueniente de ſpiritu ſãc
to habent opinionem. nunquid expedit donatorem
abire ⁊ ſeruum accedere. que aũt ſit vtilitas aduenẽ
tis ſpiritus oſtendit cum ſubditur. Et cum venerit
ille arguet mundum de peccato de iuſticia ⁊ de iudi
cio. ¶ Augu. Nunquid aũt criſtus non arguit mũ
dum. an forte quia chriſtus in iudeoꝶ tantum gente
locutus eſt mundum non videtur arguiſſe ſpiritus
aũt ſanctus in diſcipulis eius toto oꝛbe diffuſis non
vnam gentẽ intelligiẽ arguiſſe ſed mundũ. Sed q̃s
audeat dicere ꝙ per diſcipulos xp̃i arguat mundũ
ſpiritusſanctus ⁊ non arguat xp̃c cum clamet apo
ſtolus an experimentũ q̃ritis eiꝰ q̃ in me loq̃tur xp̃c.
Quos itaq; arguit ſpiritusſanctus. arguit vtiq; ⁊
xp̃c. Sed dicit. ille arguet mũdũ. tanq̃ʒ diceret. il
le diffundet in cordibꝫ veſtris caritatem. Sic em̃ ti
more depulſo arguendi habebitis libertatẽ. exponit
deinde quid dixerit dicẽs. De peccato quidem quia ñ
crediderunt i me. hoc em̃ peccatum quaſi ſolum pre
ceteris poſuit. quia hoc manente cetera detinẽtur.
⁊ h̃ diſcedente cetera dimittunẽ. ¶ Aug ď v̾. do. Sꝫ
multum inter eſt utrum quiſq; credat ipm̃ eſſe xp̃ʒ
⁊ verum credat in xp̃m. nam ipm̃ eſſe xp̃m. ⁊ de
mones crediderunt. Ille v̾o credit in xp̃m qui ⁊ ſpe
rat i xp̃m. ⁊ diligit xp̃m ¶ Aug. ſr̃ ioh̃. Arguiẽ er
go mundus de peccato quia in xp̃m non credit. ⁊ ar
guitur de iuſticia eorũ q̃ credunt. Ipſa quippe fide
lium comparatio infidelium eſt uituperatio. vñ ſeqẽ

De iuſticia vͦo quia ad patrē vado· Et qm̄ iſta vox
infidelium eſſe cōſueuit: quomō credim⁹· qd̄ non vide
mus· Ideo credencium iuſticiā ſic oportuit diffiniri
quia ad prem vado ⁊ iā non videbitis me· beati enī
q̄ nō vident ⁊ credunt· Nā ⁊ qui viderūt xp̄m· non
in eo laudata ē fides eoꝝ· q̄a credebant q̄d videbāt
id eſt filiū hoīs· ſed q̄a credebant qd̄ nō videbant
id eſt filiū dei· Cum vͦo ⁊ ipſa forma fui ſubtracta
eorū eſſet aſpectib⁹ tunc ex omi pte impletū eſt· iu
ſtus ex fide viuit· Erit itaq̄ veſtra iuſticia de qua
mund⁹ arguet· quoq̄ in me quē nō videbitis credetis
Et qm̄ me videbitis quod tūc ero videbitis me non
qd̄ ſum vobiſcū mō· Nō videbitis mortalē· ſed ſem
piternū· dicēdo enī iā n̄ videbitis me vel nūq̄ eos
de cetero viſuros xp̄m p̄nūciauit· ¶ Aug· de v· do·
Vel aliter illi nō crediderūt ipe ad patrem vadit· il
loꝝ ergo peccatū ipſi⁹ aūt iuſticia· Qz enī a patre ad
nos venit miſericordia eſt· Iuſticia vͦo q̄ ad patrem
vadit· ſm illud apoſtoli ꝓpē qd̄ ⁊ de⁹ exaltauit illū
Sed ſi ſol⁹ vadit ad prem q̄d nobis ꝓeſt· An ideo
ſol⁹ quia xp̄s vn⁹ eſt cum oībus mēbris ſuis tanq̄
caput cū corpore ſuo· Arguet ergo mūd⁹ d̄ peccato
in eis qui nō credunt in xp̄m· ⁊ de iuſticia in eis q̄ re
ſurgunt i mēbris xp̄i· Seqtur· De iudicio aūt q̄a
pnceps mūdi hui⁹ iam iudicat⁹ eſt· id ē diabol⁹ pri
ceps iniquoꝝ q̄ corde non habitant n̄ in hoc mūdo
quē diligunt· hoc aūt ipo quo foris miſſ⁹ eſt iudica
tus eſt ⁊ de h̄ iudicio mund⁹ arguet· quia fruſtra d̄
diabolo querit̄ qui nō vult credere in xp̄m quē iudi
catū id eſt foras miſſum ⁊ ꝓpter nr̄am exercitatoꝫ
forinſec⁹ expugnare pmiſſū· nonſolū viri· ſedetiā
mlieres ⁊ pueri ⁊ puelle martires vicerūt· ¶ Au.
ſup iohānem· Vel iudicat⁹ eſt qm̄ iudicio ignis eter
ni irreuocabilit̄ deſtinat⁹ eſt· Et de hoc iudicio mū
dus arguit· qm̄ cum ſuo pncipe iudicatur quē ſup
bum atq̄ impiū imitatur· Credant itaq̄ hoīes in
xp̄m ne arguant̄ de peccato infidelitatis ſue q̄ pecca
ta omia detinent̄· Traſeant in numeꝝ fideliū· ne ar
guant̄ de iuſticia eorū q̄ iuſtificatos nō imitantur·
Caueāt futuꝝ iudiciū· ne cum mūdi pn̄cipe iudicent̄·
quē iudicatum imitant̄· ¶ Criſ· Vel aliter arguet
mundū de peccato id eſt omnē eoꝝ excuſationem ab
ſcidet ⁊ oſtēdet eos peccaſſe non credentes i me· dū
videbunt ſpūſſancti donationē ineffabilem inuocato
me fieri· ¶ Aug de que· no· ⁊ ve· teſt· Hoc etiā mō
ſpūſſanctus de peccato arguit mundū· quia in noīe
ſaluatoris qui reprobat⁹ eſt a mūdo· v̄tutes opat⁹
eſt· Saluator aūt ſaluata iuſticia· n̄ trepidauit re
uerti ad eum qui ſe miſerat· Et p id quod regreſſ⁹
eſt pbauit ſe inde veniſſe· Unde ſeqtur· Et de iuſti
cia quia ad prem vado· ¶ Criſ· Id eſt ire ad prem
erit argumentū q̄ irreph̄enſibilē agebam vitā· vt
non poſſint adhuc dicere qm̄ hic homo peccator eſt
⁊ nō ex deo· Rurſus qm̄ expugnauit aduerſariū·
Nequaq̄ aūt peccator exiſtens expugnaſſet· non poſ
ſunt dicere q̄ demoniū habeo· ⁊ q̄ ſeductor ſū· Qm̄
aūt cōdemnat⁹ eſt ꝓpter me ſcient q̄ cōculcabūt eū
poſtea ⁊ q̄ reſurrectionē meā manifeſte ſcient· non
enī me valent detinere ¶ Aug· de que· ve· ⁊ no· te·
Videntes etiā demones aīas de infernis ire ad celos
vt reus fact⁹ in cauſa ſaluatoris que tenebat amitteꝛ
cognouerunt ad iudicatū eſſe pncipem hui⁹ mundi
ret· Hec q̄dem aſcendente ſaluatore viſa ſunt· Sed
ſupueniente in diſcipulis ſpūſſancto palam apertoq̄
manifeſta ſunt·

¶ Adhuc multa habeo vobis dicere ſ; non
poteſtis portare modo. Cū aūt venerit ille
ſpiritus veritatis docebit vos omnem veri
tatem. Non enī loquetur a ſemetipo ſ; q̄cū
q̄ audiet loquetur. ⁊ que ventura ſunt an
nunciabit vobis. Ille me clarificabit. quia
de meo accipit. ⁊ annunciabit vobis. Omia
quecumq̄ habet pater. mea ſunt. ꝓpterea
dixi vobis. quia de meo accipit. ⁊ annunci
abit vobis.

¶ Theoph· Quia ſup̄ dixerat domin⁹ expedit voƀ
ut ego vadam· iā hoc amplificat dicens· adhuc mlͣ
ta habeo voƀ dicere ſed non poteſtis portare modo·
¶ Aug Omnes heretici audacias figmētoꝝ ſuorū
quas maxīe exhorret ſenſus human⁹ hac occaſione
euangelice ſentencie colorare conātur quaſi hec ipā
ſint que tūc diſcipuli portare nō poterāt ⁊ ea docu
erit ſpūſſanctus· q̄ palā docere atq̄ predicare ſpūs
erubeſcit imund⁹ ſed alia ſunt mala que portare nō
poteſt qualiſcūq̄ pudor human⁹· ⁊ alia ſunt bona
que portare non poteſt pruus ſenſus human⁹· Iſta
ſunt in corporib⁹ impudicias illa remota ſūt a corpo
rib⁹ vniuerſis Quis aūt noſtꝝ audeat eoꝝ ſe dicere
iā capacē q̄ illi capere nō valebāt· ac p hoc nec a me
expetenda ſunt vt dicātur ſed dicet aliquis ſic mlͣti
poſſunt audire quod tunc non poterat· petr⁹ ſicut
multi poſſunt martirio coronari qd̄ tunc nō poterat
petr⁹ p̄ſertim iam miſſo· ſpū ſancto qui tūc nondū
erat miſſ⁹· Sed nunq̄d ideo ſcim⁹ que ſunt que di
cere voluit abſurdiſſime enī mihi videtur dici tunc
non potuiſſe portare diſcipulos que d̄ altiſſimis re
bus inuenim⁹ in apoſtolicis literis. que poſtmodum
ſcripta ſunt Nec ea dominū dixiſſe narratur puer
ſarum quidem ſectaꝝ homines ferre nō poſſunt qd̄
in ſcripturis ſanctis de fide catholica repitur· ſicut
nos ferre nō poſſum⁹ ſacrilegas eorum vanitates·
Quid enī eſt ferre nō poſſe· niſi equo aīo non habe
re· Quis aūt fidelis vel etiam cathecumin⁹ anteqū
ſpiritumſanctū baptizatus accipiat non equo animo
legit atq̄ audit etiā ſi nō ea que poſt aſcenſionē dn̄i
ſcripta ſunt Dicet autem aliquis Nihil ne ſpiritua
les viri habent in doctrina quod carnalibus taceant
⁊ ſpiritualib⁹ eloquātur· nulla q̄dem neceſſitas ē vt
aliqua ſecreta doctrine taceant̄ fidelib⁹ paruulis ſeorſū
dicenda maioribus· ſed ſpirituales ſpiritualia carnalib⁹
non omnino tacdant ꝓpter catholicam fidem que oī
bus p̄dicanda eſt nec tamen ſic ediſſerant vt volen
tes ea pͦpere ad intelligenciam nō capacib⁹ facilius
faſtidire faciant in veritate ſermonem quā in ſermo
ne pcipi veritatē nō ergo in his domini verbis ne
ſcio que ſecreta ſuſcipimus que cum dici a docente
poſſint portari a diſcēte nō poſſint· Sed cauſa que

in doctrina religionis ī quozūlibet hoīm noticia dici
mus. si vellet nobis xp̄c dicere sicˀ ea dicit angelis
suis. quinam hoīes portare posset. etiā si iam essent
spūales qˀuales adhuc apl̄i non erāt ¶Nā vtcq̄ q̄c
quid de creatura sciri pt̄ mmˀ est ipo creatore. ꝛ q̄s
eum tacetˀ Quis aūt viuens ī h̄ corpe posset om̄ez
cognoscere v̄itatem cū dicat aplus ex p̄te scimusˀ
Sed quia p̄ spm̄sanctum fit ut ad ipam q̄ plenitudi
nem veniamˀ de qua idem dicit aplus. Tūc aū facie
ad faciem. ¶Nō quod est in hac tm̄ vita dn̄s nobis p̄
misit dicens. Cū aūt venerit ille spūs v̄itatis doce
bit uos omnem veritatem vel deducet vos in om
nem veritatem quo verbo intelligimus eius nobis
plenitudinem in vita alia reseruari. Ipe autē spi
ritusſanctˀ ꝛ nūc docet fideles quāta q̄sq̄ potest ca
pe spiritalia. ꝛ ī eoꝝ cordibꝰ desideriū maius accen
dit ¶Didimˀ. Vel h̄ dicit qꝛ auditores v̄boꝝ eiˀ nō
dum fuerant omia consecuti que postea p̄ noīe eiˀ
sufferre poterant s; aliqua tradens eis illa que maio
ra erant in posteꝝ distulit. q̄ tunc nō poterant nisi
p̄mitˀ in capite nr̄o magisteriū ꝛ forma crucis pre
iret. Adhuc etiam typo legis ꝛ vmbre ꝛ imaginibꝰ
seruientes nō poterant v̄itatem cuiˀ vmbrā lex por
tabat inspicere. Cū aūt venerit ille spūs v̄itatis di
riget vos in om̄ez v̄itatē sua doctrina ꝛ institutiōe
uos trāsferēs a morte litere ad spm̄ viuificantē ī q̄
solo omis scripture v̄itas posita est. ¶Crisˀ. Qua
ergo dixerat. nūc nō potestis portare tūc aūt pote
ritis. ꝛ q̄n spūssanctˀ ducet vos ī om̄ez v̄itatē ne h̄
audientes maiorem spm̄ssanctū existimēt subiungit
Nō em̄ loquet̄ a semetipo. s; quecūq̄ audiet loquet̄
¶Aug. Simile est h̄ ei qd̄ de ipo dixit. nō possum
a me facere quicq̄. sed sicut audio iudico sed illud se
cundū hoīem posse accipi dicimˀ. Cū igit̄ spūssāctˀ
nulla suscepit̄ cuiˀ q̄ creature creatura sic factˀ
quomō de illo hoc intelligendū estˀ Sic igit̄ debemus
accipe vt intelligamˀ nō eū esse a seipo. ¶Nā filiˀ de
p̄re natˀ ē spūssāctˀ de p̄re p̄cedit. Quid aūt illic
intersit inter p̄cedere ꝛ nasci ꝛ loq̄ū ē differē. ꝛ te
merariū diffinire. Audire aūt illi scire ē. Scire vo
esse qꝛ gˀ n̄ ē a semetipo. s; ab illo a q̄ p̄cedit a quo
illi ē essentia ab illo sciētia. ab illo igit̄ audiētia sēp
itaq̄ audit spūssāctˀ qꝛ sēp scit ab illo gˀ audiuit
audit. ꝛ audiet a q̄ ē. ¶Didi. Ait gˀ nō loquet̄ a se
metipo h̄ ē nō sine me ꝛ sine meo ꝛ patris arbitrio
qꝛ nō ex se ē. s; ex p̄re ꝛ me ē. Hoc em̄ ipm̄ q̄ sub
sistit ꝛ loq̄t̄. a patre ꝛ a me illi est. Ego v̄itatem lo
quor id est inspiro que loquit̄. Siquidē spiritˀ v̄ita
tis est. Dicere aūt ꝛ loqui in trinitate. non scd̄m con
suetudinem nr̄am accipiendū est. sed iuxta formā i
corpalium naturaꝝ ꝛ maxime trinitatis que volun
tatē suā inserit cordibꝰ credentium. ꝛ eoꝝ qui audi
re eum sunt digni. Loqui ergo p̄rem ꝛ audire filiū
eiusdem nature in patre ꝛ filio consensusq̄ significa
tio est. Spiritus q̄ sanctˀ qui est spūs veritatis spi
ritusq̄ sapientie non potest filio loquente audire q̄
nescit. Cū hoc ipm̄ sit quod p̄fertur a filio id est pro
cedens v̄itas a v̄itate. consolator manans a consola
tore deus de deo spūs v̄itatis p̄cedens. Deniq; ne q̄s
illum a patris ꝛ filij voluntate ꝛ societate discerne

ret. scriptū est. sed que audiet loquet̄ ¶Aug. iij. de
trini. ¶Non aūt hinc efficit̄ vt minor sit spūssanctˀ
s̄m hoc em̄ dictū est q̄ de p̄re p̄cedit ¶Aug. sr̄ ioh.
¶Nec moueat q̄ verbū futuri t̄pis positū est. Illa
quippe audiētia sempit̄na ē. q̄a sempit̄na sciētia. in
eo aūt qd̄ sempiternū ē sine initio ꝛ sine fine cˀlibet
t̄pis v̄bum ponat̄. quāuis em̄ natura illa immutabi
lis nō recipiat fuit ꝛ erit sed tm̄ est non tn̄ mendaci
ter dicimˀ fuit ꝛ est ꝛ erit fuit q̄a nunq̄ defuit erit
q̄a nunq̄ deerit ē q̄a semp est ¶Didi. Per spm̄ eciā
veritatis futuroꝝ sanctis viris scia certa p̄cedit
Dn̄i ꝛ h̄ p̄plete eodem repleti spū p̄nūciabāt ꝛ q̄si
p̄nda intuebant̄ q̄ erant deinceps secutura. vn̄ seq̄t̄
Et que vētura sūt ānunciabit vobis. ¶Beda. Cō
stat q̄a multi spūssancti grā ī pleti que vētura erāt
agnouerunt. Sed quia multi varijs coruscant vir
tutibꝰ nec tamē que ventura sūt. agnoscunt. potest
hic sermo sic accipi que ventura sunt vobis annun
ciabit id est gaudia vob̄ celestis patrie ad memoriā
reducet. Ventura v̄o apostolis nunciauit mala scili
cet que pro confessione christi erant passuri. ꝛ bo
na que pro eisdem malis erant percepturi ¶Crisˀ.
Eleuauit igitur. per hec eorum mentem cum ad ni
chil ita auidum sit humanum genus vt ad sciendū
futura. Ab hac igitur eos eruit sollicitudine. osten
dens quoniā futura eis pericula predicet. vt nō ina
dant non obseruantes. Deinde ostendens quoniam
dixit omnem veritatem. in quam spiritussanctˀ ad
ducet. subiungit. Ille me clarificabit. ¶Augustiˀ
Quia scilicet diffundendo in credentium cordibꝰ ca
ritatem spiritalesq̄ faciendo. declarauit eis. qualiter
patri filius esset equalis. quem secundū carnē pri
us tantummodo nouerant ꝛ hominem sicˀ homines
cogitabant. Vel certe quia per ipsam claritatem fi
ducia repleti ꝛ timore depulso annunciauerūt homi
nibus xp̄m. ac sic fama eiˀ diffusa est toto orbe terra
rum Quod em̄ facturi erant ī spūsancto. hoc eundē
spm̄ dixit esse facturum ¶Crisˀ. Et quia dn̄s dixe
rat. Magister vr̄ vnus est xp̄c vt ꝛ spūssanctus su
sciperetur ab eis subiunxit. Quia de meo accipiet ꝛ
annunciabit vobis ¶Didimˀ. Accipe hic vt diuine
nature conueniat intelligendum est. Quo em̄ filius
dans non priuat̄ his que tribuit. neq̄ cum damno
suo impertitur alijs. sic ꝛ spiritussanctˀ non accipit
quod ante non habuit. Si em̄ prius quod non habe
bat accepit. translato in alium munere vacuus lar
gitor effectus est. Sic igitur spiritumsanctū a filio
accipe id quod sue nature fuerat cognoscendū est.
ꝛ nō aliam dantem ꝛ accipientē sed vnā significare
substantiam. Siquidem ꝛ filius eadem a p̄re suscipe
re dicitur. in quibꝰ ipse subsistit. Neq̄ em̄ quid ali
ud est filius exceptis his que ei dantur a patre. Ne
q̄ alia est spūssancti substantia preter id quod dat̄
ei a filio ¶Augustinus. Non aūt p̄pterea sicut qui
dam heretici putauerūt. minor ē filio spiritussanctˀ
quia filius accipit a patre. spiritussanctus a filio
quasi quibusdam gradibus naturarum. Unde ipse
questionem soluens cur hoc dixerit explanat dicēs
Omia que habet pater mea sunt. p̄pterea dixi vob̄
quia de meo accipiet. ꝛ annunciabit vobis. ¶Didi.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

¶ Didi. Quaſi diceret. licet a p̄re p̄cedat ſp̄us vi
tatis tn̄ q̄z oīa que habet pat̄ mea ſunt. ⁊ ip̄e p̄ris
ſp̄us me⁹ eſt ⁊ d̄ meo accipiet. Caue aūt ne cum iſta
dicūt putes rez eſſe aliquā ⁊ poſſeſſionē que a p̄re
habeat̄ ac a filio. Dez que habet pater iuxta ſubſtā
ciam id ē eternitatē imutabilitatez. bonitatē hec ea
dem habet ⁊ fili⁹ p̄cul hinc abſint dialeticoꝝ tendi
cule. dicūt em̄ ergo ⁊ pater eſt fili⁹. Si aūt dixiſſz
oīa quecūq̄ habet de⁹ mea ſunt haberet occaſionē
impietas cōſurgendi. Cum vo dixerit. omnia que
habet p̄r mea ſunt. p̄ris nomīe ſe filium declarauit
paternitatē qu fili⁹ erat nō vſurpauit q̄uis ⁊ ip̄e
p̄ adoptionis gr̄am multorū ſanctoꝝ ſit p̄r. ¶ Aug.
viij. de trin. Non ergo in incerto dn̄s reliq̄t veruz
ex p̄re an ex filio ſp̄us paclit⁹ eē putetur. a filio ei
accipit q̄ ⁊ ab eo mittit̄. ⁊ a patre p̄cedit ⁊ m̄e
rogo verū idip̄m ſit a filio accipe quod a patre p̄
cedere certe idip̄m acq̄ vnū eē exiſtimabit̄ a filio
accipere. quod ſi acciperet a p̄re. Cum em̄ ait omīa
quecūq̄ habet pater ſua eſſe ⁊ idarco dixiſſe d̄ ſuo
accipiendū eſſe docet eciā a patre accipiēda a ſe tn̄
accipi quia omīaque p̄ris ſunt. ſua ſūt. Nō habet
hec vnitas diuerſitatē nec differt a quo acceptum
ſit. q̄ datum a patre datum referat̄ a filio.

¶ Modicum ⁊ iam non videbitis me. ⁊ ite
rum modicū ⁊ videbitis me q̄z vado ad pa
trem. Dixerunt ergo ex diſcipulis eius ad
inuicem. Quid ē hoc q̄ dicit nobis modicū
⁊ nō videbitis me ⁊ iterū modicum ⁊ vide
bitis me ⁊ quia vado ad patrē. Dicebant
ergo. Quid eſt hoc q̄ dicit nobis modicum
Neſcimus quid loquitur. Cognouit aūt ie
ſus quia uolebāt eum interrogare ⁊ dixit
eis. De hoc queritis īter vos q̄z dixi vobis
modicum ⁊ non videbitis me ⁊ iterum mo
dicum ⁊ videbitis me. Amen amē dico vo
bis quia plorabitis ⁊ flebitis uos mūd⁹ aūt
gaudebit. Vos aūt cōtriſtabimini ſ; triſticia
ueſtra uertetur in gaudiū. Mulier cū parit
triſticiam habet quia venit hora eius. Cum
aūt pepit puerum iam non meminit p̄ſſure
p̄pter gaudiū quia natus eſt homo in mun
dum. Et vos igitur nunc q̄dem triſticiā ha
betis. Iterū aūt videbo vos ⁊ gaudebit coꝛ
v̄rm ⁊ gaudium ueſtrū nemo tollet a vobiſ
¶ Criſ. Poſtq̄z domin⁹ diſcipulos releuauit per ea
que de ſp̄uſancto p̄miſit. rurſ⁹ eorū oppreſſit ſenſū
dicens. Modicū ⁊ iam nō videbitis me. hoc aūt fa
ut aſſueſaciat eos p̄ triſtium auditionem bene ferre
ſuam ſeparationē. eā em̄ que dolet aniam ⁊ a triſticia
multa detinetur. nihil ita cōſueuit quietare vt que
triſticiam pariunt v̄ba reuoluta continue. ¶ Be
Dicit em̄ modicū ⁊ iam non videbitis me. q̄a tentus
eſt nocte illa a iudeis. ⁊ in mane crucifix⁹ ⁊ ſepultus

ab humanis ē ſeclus⁹ obtutibꝰ. ¶ Criſ. Si vo q̄s
diligent̄ ſcrutabit̄ hoc cōſolationis eſt dicere q̄m ad
p̄rem vado. Hoc ei eſt oſtēdere q̄ nō periret ſ; mors
ei⁹ tranſlatio ſit. ⁊ aliā cōſolationē eis impoſuit. cū
adiecit ⁊ iteꝝ modicū ⁊ videbitis me oſtē q̄m ⁊ re
dibit ⁊ in pauco erit ſeparatio ⁊ continua que cum
eis coexiſtentia. ¶ Aug. Hec aūt verba domini ob
ſcura erant diſcipul. anteq̄ā id q̄d dicit. eſſz imple
tum. vn̄ ſequit̄. Dixerūt ergo ex diſcipulis ei⁹ ad
inuicē q̄d eſt h̄ q̄d dicit nobis modicū ⁊ non videbi
tis me. ⁊ iteꝝ modicum ⁊ videbitis me. ⁊ q̄a vado
ad p̄rem. ¶ Criſ. Hoc aūt nō intelligebāt aut p̄p̄
triſticiam que amouebat a mente eoꝝ ea que dicebā
tur. aut p̄pter inmaīfeſtationē eorum que diceban
tur. idarco videbatur eis duo contraria ponē non
exiſtentia contraria. Si em̄ videbim⁹ te aiunt. quō
vadis ſi vo vadis. q̄liter te videbim⁹. p̄pterea dūt
Quid eſt hoc quod dicit nobis modicū neſcim⁹ q̄d
loq̄tur. ¶ Augu. Nam in p̄cedentibus quia nō dix
erat modicū. ſed dixerat ad p̄rem vado. aperte illis
viſ⁹ eſt loqui. Hunc ergo q̄d illis tunc obſcuꝝ fuit
⁊ mox maīfeſt aū eſt iā nobis vſq̄ maīfeſtū eſt. p⁹
paululū em̄ paſſ⁹ eſt ⁊ non viderunt eū. rurſus p⁹
paululum reſurrexit ⁊ viderunt eū. Dicit aūt. Et
iā nō videbitis me. q̄a ſc; mortalē xp̄m vlt̄i⁹ n̄ vide
rent. ¶ Alchu. Vel aliter modicū temp⁹ eſt futuꝝ
quo nō videbitis me. id eſt illud triduū quo in ſepul
cro q̄euit. ⁊ iteꝝ eſt ñ modicū futuꝝ temp⁹ quo vi
debitis me. id eſt illi xl. dies in quibꝰ eis ſepius poſt
paſſionem ſuā vſq̄ ad temp⁹ aſcenſionis ſue aparuit
⁊ ideo illo modico tempe videbitis me. quia vado ad
patrem. quia non ſp̄ in terra corpaliter ſum manſu
rus. ſed p̄ humanitatem quā aſſumpſi. aſcenſur⁹ in
celum. Sequit̄. cognouit aūt quia volebant eū in̄
rogare ⁊ dixit eis. De h̄ queritis inter vos q̄a dixi
vob̄ modicū ⁊ ñ vidbitis me ⁊ it. mo. ⁊ vi. me. Amē
am̄ dico vos q̄a plorabitis ⁊ flebitis vos. Ignorātī
am ip̄oꝝ pius magiſter ītelligens. ſcd̄m illoꝝ dubi
tationē r̄ſpondit quaſi expoſitur⁹ q̄d eſſet q̄d dixit.
¶ Aug. Quod ſic accipi poteſt. quia ɔtriſtati ſūt di
ſcipuli de morte domini ⁊ ɔfeſtim de reſurrectione le
tati. Mund⁹ autem quo nomine ſignificati ſūt in
imici. a quibꝰ xp̄s occiſus eſt. tunc vtiq̄ letati ſunt
occiſo xp̄o q̄n ſunt diſcipuli ɔtriſtati. Unde ſeq̄tur.
Mund⁹ aūt gaudebit vos aūt ɔtriſtabimini ſ; triſti
cia veſtra vertetur in gaudium. ¶ Alchui. Sed cū
ctis fidelibus conuenit hic ſmo domini qui per lacri
mas preſſuraſq̄ p̄ſentis ad gaudia eterna cōtendūt
ɔflentibꝰ aūt iuſtis mūd⁹ gaudet quia in p̄ntibꝰ de
lectant̄ alteri⁹ vite nulla gaudia ſperantes ¶ Criſ.
Deīn oſtē q̄m triſticia pit gaudiū ⁊ q̄n triſtitie breuis
leticia vo infinita ē ad exēplū veīt mūdanū dicēs
Mulier cū parit triſticiā habz q̄a venit hora eius
Cum aū peperit pueꝝ iam nō meminit preſſure p̄p
ter gaudium quia nat⁹ ē homo in mūdum ¶ Augu.
Iſta ſimilitudo ad intelligēdū nō videt̄ eſſe difficilis
q̄m compatio eius in p̄ptu eſt eodem ip̄o exponente
cur dicta ſit. Nam ſequit̄. Et vos igit̄ nūc quidem
triſticiā hētis iteꝝ aū videbo vos ⁊ gaudebit coꝛ ve
ſtrū. pturitio q̄ppe triſtitie partus aūt gaudio ɔparat̄

Quod tūc magis eſſe ↄſueuit qñ nō puella · ſed pu
er naſcitur · quod ℣o ſubdit · ⁊ gaudium veſtrū nēo
tollet a vobis quia gaudiū ipoꝝ ipſe ihus eſt ſignifi
cat quod ait apl'us · xp̄c reſurgens ex mortuis iam
nō moritur · ¶ Criſ · Significat eciā predicto exem
plo qm̄ ſoluit ipſe mortis preſſuras ⁊ nouū hominē
regñans eſſe fecit · ⁊ nō dixit quomā non erit ei tri
bulatio ſed neqꝫ meminit eius tantum eſt quod ſuc
cedit gaudium · Ita erit ſanctis ⁊ nō dixit qm̄ nat⁹
eſt puer ſed qm̄ homo occulte ſuam reſurrectionē in
ſinuans ¶ Aug · Vel de futuris viſione ⁊ gaudio · q̄
ſuprius dicta ſunt · meli⁹ exiſtimo intelligi · Modicū
⁊ iam non videbitis me · modicū em̄ eſt hoc totū ſpa
cium · quo p̄ns puolat ſeculum · Ideo neqꝫ addidit ·
Quia vado ad p̄rem · qđ ad ſupiorez ſententiā refe
rendum eſt · vbi ait modicū ⁊ iam nō videbitis me ·
Non ad poſteriorē vbi ait · modicū ⁊ videbitis me ·
Eundo quippe ad p̄rez factur⁹ erat vt eū non vide
rent · Illis ergo ait · modicum ⁊ iā non videbitis me ·
Qui eū corpaliter tunc videbāt q̄a iturus erat ad
p̄rem ⁊ eū deinceps mortales viſuri nō erāt qualē
tum iſta loquebat̄ · videbant · Qđ ℣o addidit · ⁊ ite
rum modicū ⁊ videbitis me · vniuerſe ꝓmiſit eccl'ie
Hoc aūt modicum longū nobis videtur qm̄ adhuc
agitur cū finitum fuerit · tunc ſentiem⁹ q̄ꝫ modicum
fuerit ¶ Alch · Mulier aūt ſancta eccl'ia eſt ꝓpter
fecunditatem bonoꝝ operum ⁊ quia ſpiritales deo fi
lios generat · Hec mulier dū parit id ē dum in mun
do virtutum profectibꝫ inſiſtit · dum vtiqꝫ temptatur
⁊ affligitur · triſticiā habet de hoc q̄a venit hora ei⁹
vt patiatur · q̄a nemo carnē ſuā odio habuit ¶ Au ·
Nec tamē in hui⁹ gaudij parturitione ſine gaudio
triſtes ſum⁹ ſed ſicut apl'⁹ ait ſpe gaudentes · q̄a ⁊ ip
ſa mulier ꝑturiens cui comparati ſum⁹ · pl⁹ gaudet
de mox futura ꝓle q̄ꝫ triſtis ē đ p̄nti dolore ¶ Alch
Sed cum peperit id eſt cū deuicto laboꝝ certamine
ad palmam puenerit · iā non meminit p̄ſſure prece
dentis · ꝓpter gaudium pcepte retributionis quia na
tus eſt hō in mundū · Sicut em̄ mulier nato in hoc
mundo homine letat̄ ita eccl'ia nato ī vitam eternā
fidelium ꝓplo exultacione repletur · ¶ Beda · Nec
nouū debet videri ſi natus dicat̄ qui ex hac vita mi
grauit · Sicut em̄ conſuete naſci dr̄ cum q̄s de vte
ro matris ꝓcedens in hanc lucem ingreditur · Ita
poteſt nat⁹ appellari q̄ ſolutus a vinculis carnis ad
lucē eternaꝫ ſublimatur · vñ ſanctoꝝ ſolēnia nō fune
bria ſꝫ natalicia vocantur · ¶ Alchui · Quod autem
dicit · Iterum video vos id eſt aſſumam vos ad me
ip̄m · vel iterꝫ viđbo uos id eſt iterꝫ videnđ⁹ aparebo
⁊ gaudebit cor vr̄m · ¶ Aug · Nunc em̄ totius labo
ris ſui fructum eccleſia nunc parturit deſiderando
tunc eſt paritura cernendo · Et ideo maſculum qm̄
ad iſtum fructum ↄtemplationis cuncta officia referū
tur actionis · Solus em̄ liber eſt qui ꝓpter ſe appeti
tur non refertur ad aliud huic ſeruit actio · ad hoc
em̄ refertur quicquid bene agitur · ibi eſt finis qui
ſufficit nobis eternus igitur erit neqꝫ em̄ finis noꝰ
ſufficit · niſi c⁹ nullus eſt finis · De hoc itaqꝫ qđ ſuf
ficit noꝰ rectiſſime audimus Gaudium veſtrum ne
mo tollet a vobis ·

¶ Et in illo die non me rogabitis quicq̄.
Amen amē dico vobis ſiquid petieritis pa
trē in nomīe meo dabit vobis. vſqꝫ modo ñ
petiſtis quicq̄ in nomīe meo. Petite ⁊ acci
pietis vt gaudiū vr̄m ſit plenum. Hec ī ꝓ
uerbȳs locutus ſū vobis venit hora cū iaꝫ
non in ꝓuerbȳs loquar vobis ſꝫ palam de
patre annunciabo vobis. In illo die ī noīe
meo petetis. Et non dico vobis q̄a ego ro
gabo patrē ꝓ vobis. Ipe em̄ pater amat
vos. quia vos me amaſtis. ⁊ credidiſtis
quia a đo exiui. Exiui a patre ⁊ veni ī mū
dū iterū relinquo mundū ⁊ vado ad p̄rem.

¶ Criſ · Rurſus oſtēdit domin⁹ q̄ expedit eum ab
ire cum dicit · Et in illo die me nō rogabitis quicq̄ ·
¶ Aug · Hoc v̄bum qđ eſt rogare · nō ſolum petere
verꝫ q̄ ⁊ interrogare ſignificat ⁊ grecum euangeli
um vñ hoc tranſlatum eſt tale habet v̄bum · quod
vtrumqꝫ poſſit intelligi · ¶ Criſo · dicit ergo in illo
die ſcilicet cū reſurrexero · me non rogabitis quicq̄
id eſt non dicetis oñde nobis p̄rem ⁊ quo vadis qm̄
ſcietis ꝑ ſpiritumſanctum · Vt non rogabitis me id
eſt non indigebitis mediatore ad impetrandū · ſed
ſufficiet nomen meum · qđ inuocantes omnia accipie
tis · vñ ſequitur · Amen amen dico vobis ſiquid pete
ritis patrem in nomine meo dabit vobis · Oſtendit
autem nominis virtutem · ſi non viſus neqꝫ rogat⁹
ſed nominatus ſolum apud patrem facit mirabilia ·
Non ergo ait exiſtimetis quia de reliquo non ero
vobiſcum · vos relictos eſſe · Nomen em̄ meum ma
iorem dabit vobis ſecuritatem · Unde ſequitur vſqꝫ
modo non petiſtis quicq̄ ī noīe meo · pe · ⁊ accipietis
vt gaudium vr̄m ſit plenum · ¶ Theop · Alacritas
em̄ veſtra tūc erit integerrima cum ad vota voꝰ pe
tita ſuccedent · ¶ Criſoſt · Quia igitur obumbrata
erant que dicta ſunt ſubiunxit · Hec in prouerbȳs
locutus ſum voꝰ venit hora cum iam nō in prouer
bȳs loquar voꝰ · id eſt erit tempus · quando ſcietis
omnia manifeſte · dicit autem reſurrectionis temp⁹ ·
Sed palam de patre annunciabo vobis · Etenim xl ·
diebus diſputauit cum eis congregatis loquens eis
de regno dei · Et nē in ꝗ̄t in timore exīſtes nō attendi
tis his que dicunt̄ · Tūc aūt reſuſcitatum videntes
poteritis palam omnia dicere ¶ Theoph · Adhuc q̄
p̄bet illis fiduciam quomā recipient in temptationi
bus auxilium deſuper · cum ſubdit in illo die in noīe
meo petetis ⁊ adeo aſſero voꝰ p̄rem meū fauere q̄
neqꝫ interuentu meo vlterius indigebitis · Unđ ſub
dit · Et non dico vobis quia ego rogabo patrem ꝓ
vobis · Ipſe enim pater amat uos · Porro ne refiliāt
a domino velut eo vlterius nō egentes · ſubiungit
quia uos a me amaſtis Quaſi diceret · Ob hoc dili
git uos pater · quia uos me dilexiſtis · Cum itaqꝫ
exciderītis ab amore meo confeſtim ⁊ a paterno de
cidetis ¶ Auguſtinus · Sed nunquid ideo amat ille

Aug. Sed nūq̄d ideo amat ille quia nos amāmꝰ
an potꝰ quia ille amat. iō nos amamꝰ. Unde ipse euā
gelista in epistola sua dicit. nos diligamꝰ q̄a ipse ꝑor
dilexit nos. amat ergo nos pr̄. q̄a nos amāꝰ filiū cū
a pr̄e ⁊ filio accipimꝰ vt ⁊ pr̄em amemꝰ ⁊ filium.
Amauit ipse qd̄ fecit sed nō in nobis facēt qd̄ amaret
nisi amercꝫ id faceret nos amaret. Aug. vi. de tri.
Caret etiā apud pr̄em intercessionis necessitate pfe
cta de filio fides q̄ eū a deo exiens credit atq̄ amāt. ⁊
ꝑseipsam iam ⁊ audiri meretur ⁊ amari. Natū ex deo
filiū missūq̄ confessa. Unn̄ sequitur. Et credidistis q̄a
a deo exiui. Natiuitas itaq̄ eiꝰ ⁊ aduentꝰ ondit cū
subdit. Exiui a pr̄e ⁊ veni in mundū. alterꝫ i dispē
satione. alterꝫ in natura est. a pr̄e em̄ venisse ⁊ a deo
exisse nō est significationis eiusdē. cū aliud sit a deo in
substātiā natiuitatis exisse aliud a pr̄e in hūc mūdū
ad ꝯsummādā salutis nr̄e sacramēta venisse. Cū aūt
exire a deo sit natiuitate subsistere quid aliꝰ q̄ꝫ deus
esse posset. Cris. Quia vo resurrectiōis sermo nō
modicū eos mitigabat ⁊ cū hoc audire q̄ a deo exi
uit ⁊ illuc vadit continue ea circūuoluit vnde sequi
tur. Iterꝫ relinquo mundum ⁊ vado ad patrē. nā
hoc quidē certificabat quoꝫ recte in ipm̄ credebant
hoc vero quoꝫ sub vnitione eiꝰ futuri erāt. Aug.
Exijt em̄ a patre quia de patre est. in mundū ve
nit quia mundo suum corpus ostendit. mūdum reli
quit corporali discessione perexit ad patrem homis
ascensione nec mundū deseruit presentie guberna
tione. quia sic in mundū venit exiens a patre vt nō
desereret patrē sed dominū ihesum xp̄m postea q̄ꝫ
resurrexit ⁊ interrogatū legimus ⁊ rogatū. Nam
interrogatus est a discipulis ascensurꝰ in celū quā
do regnū restitueret israhel rogatꝰ est a stephāo
cum esset in celo vt sp̄m eius susciperet. Et q̄s audeat
dicē rogādū nō esse imortalē rogari debuisse mortalē
patō gꝰ q̄ dicit. in illa die me nō rogabitis quicq̄ꝫ nō
ad illud tempus referendū esse quo resurrexit sed
ad illud quando videbimus eum sicuti ē que visio nō
temporalis vite est sed eterne vbi iam nihil rogemꝰ
nichil interrogemus quia nichil desiderādū remanebit
nichil querendū latebit. Alcui. Sic ergo dicit.
in futuro me non rogabitis quicq̄ꝫ. sed iterum dum
in peregrinatione huiꝰ miserie conuersamini si pete
ritis patrem dabit vobis. Unde subdit. Amen amē
dico vobis siquid petieritis patrē in noīe meo dabit
vobis. Augu. Hoc quod ait. siquid. nō quodlibet
intelligitur sed aliquid quod non in beate vite com
paratione sit nichil. non aūt petitur i nomie saluato
ris quicq̄d petitur contra ratonē salutis. non enim
sonū literaꝝ aut sillabaꝝ sed qd̄ sono recte ac verac
ter intelligitur. hic accipiendū est cū dicit in nomie
meo. vnde q̄ hoc sentit de xp̄o. quod nō est de vnico
filio dei sentiendū non petit in eiꝰ nomie. Qui vo qd̄
est de illo sentiendū sentit. ipse in eiꝰ noīe petit ⁊ acci
pit qd̄ petit. si non ꝯtra salutem suam sempiternam
petit accipit autē qn̄ debet accipere. Quedam enim
non negātur. sed vt ꝯgruo dentur tpe differunt.
Ita sane intelligendū est qd̄ ait. Dabit vobis vt ea
bn̄ficia significata sciātur his v̄bis. que ad eos q̄ pe
tunt ꝓprie ptinent. Exaudiūtur quippe omēs sancti
ꝓ seipsis. non aūt ꝓ omibꝰ quia nō vnicuiq̄ dictū
est dabit sed dabit vobis. Quod aūt sequitur. vsq̄
mō nō petistis quicq̄ꝫ in noīe meo. duobꝰ modis intel
ligi pt̄ vel q̄a in nomie meo non petistis. qd̄ nomen
nō sic cognoscendū est. cognouistis. vel non petistis
quicq̄ꝫ qm̄ in ꝯparatione rei quam petere debuistis. ꝓ
nihilo habendū est qd̄ petistis. Ut igitur in nomine
eiꝰ nō nihil. sꝫ gaudiū plenū petant subdit. Petite ⁊
accipietis. vt gaudiū vr̄m sit plenū. Hoc qd̄ dicit
gaudium plenū nō carnale sed spirituale gaudiū est
Et qn̄ em̄ erit vt aliquid ei iam nō sit addendū. tunc
erit plenū. Aug. ꝑmo de tri. Hoc aūt est plenū
gaudium vr̄m quo ampliꝰ nō est frui deo trinitate
ad cuiꝰ imaginē facti sumꝰ. Aug. sup iohem. quic
quid ergo petit quod ptinet ad hoc gaudiū ꝯsequē
dum. hoc est in noīe xp̄i petendū. Isto em̄ bono in pe
tendo ꝑseuerantes sanctos suos nequaq̄ꝫ misericor
dia diuina fraudabit. Quicq̄d aūt aliud petit nihil
petitur. nō quia nulla res est sed q̄a in tante rei cōp
aratione quicq̄d aliud ꝯcupiscitur nihil est. Sequitur.
Hec i ꝓuerbijs locutꝰ sum vobis venit hora cū iā
non in ꝓuerbijs loquar vobis. sed palam de pr̄e an
nunciabo vobis. Possem dicē hanc d̄ qua loq̄tur ho
ram futurꝫ seculū intelligi. vbi videbimꝰ palam qd̄
aplus dicit facie ad faciē vt quod ait. hec i ꝓuerbijs
locutꝰ sum vobis. hoc sit qd̄ ab aplo dictū est. Vide
mus nunc ꝑ speculū in enigmate. Annūciabo autem
vobis q̄a ꝑ filium pater videbit. Neq̄ em̄ pr̄em q̄s
ꝯgnouit nō filiꝰ. ⁊ cui voluerit filiꝰ reuelare. Gre
xxx. mo. Palā q̄ppe nō de patre annūciare se asserit
quia ꝑ patefactam tunc maiestatis sue speciē ⁊ quō
ipse gignēti nō impar oriatur. ⁊ quō vtrorūq̄ sp̄us
vtriq̄ coeternꝰ ꝓcedat ostendet. Aug. Sed istū
sensum videtur impedire quod sequitur. In illo die i
nomine meo petetis. In futuro em̄ seculo quid peti
turi sumꝰ. qn̄ satiabitur in bonis desiderium nostꝝ.
Petido namq̄ alicuiꝰ ē idigentie. Relinq̄tur itaq̄
vt intelligatur ihs discipulos suos de carnalibꝰ vl
aīalibus se spirituales esse facturꝝ. Nō autē aīalis
sic audit quecūq̄ audit de dei natura. vt aliꝰ q̄ꝫ cor
pus cogitare nō possit. Ideo ꝓuerbia illi sūt quecū
q̄ dicta sapientie de incorporea imutabiliq̄ substan
tia. non q̄ tanq̄ꝫ ꝓuerbia deputet sed q̄a sic cogitat
quō qui ꝓuerbia solent audire neq̄ intelligere. Cū
vo spirituales ceperit omia diiudicare. etiā si in hac
vita velut ꝑ speculū ⁊ ex pte ꝯspicit tamē nllo cor
poris sensu. nulla imaginaria cogitatione. sed mentis
certissima intelligētia capit deum nō corpꝰ esse. sed
sp̄m. Ita palā de pr̄e annūciāte filio. vt eiusdē substā
tie ꝯspiciat ⁊ ipse q̄ annunciat. tunc i eiꝰ noīe petūt
qui petunt. q̄a in sono eiꝰ noīs nō aliud q̄ꝫ res ipsa
est que hoc noīe vocatur itelligunt. Hi possunt co
gitare dn̄m nr̄m ihm̄ xp̄m inquātum homo est pro
nobis interpellare patrem iquantum deꝰ est nos ex
audire cum patre. quod eum significasse arbitror.
vbi ait. Et nō dico vob̄ q̄a ego rogabo pr̄ē ꝓ vob̄
Ad hoc quippe intuendum quomodo non rogat pa
trem filius. sed simul exaudiant rogantes pater ⁊
filius. sꝫ nō nisi spiritualis oculus mentis ascendit.

**Dicunt ei diſcipuli eius. Ecce nunc pa
lam loqueris ⁊ pverbium nullū dicis. nūc
ſcimus quia ſcis omnia. ⁊ non eſt opus tibi
vt quis te interroget. in hoc credimus q̄a
a deo exiſti. Reſpondit eis ieſus. Modo cre
ditis Ecce veniet hora ⁊ iā venit vt diſper
gamini vnuſquiſq; in ꝓpria. ⁊ me ſolum re
linquatis. ⁊ non ſum ſolus. quia pater me
cum eſt. Hec locutus ſum vobis. vt in me
pacem habeatis. In mundo preſſuram ha
bebitis. ſed confidite ego vici mundum.**

Criſ. Quia diſcipulos hoc maxie reſpirare fecit
q erant pris amici. pterea dicūt ſe cognoſcere q
omia noſſet. vnde ſequitur. Dicunt ei diſcipuli eiꝰ Ec
ce nunc palam loqueris ⁊ pverbium nullum dicis.
Auguſtinus. Cū aūt adhuc pmittatur fut̄a illa
hora in qua ſine pverbijs locuturꝰ eſt. cur iſti hoc
dicūt. ni q̄a illa que ſcit ipſis nō intelligentib; eſſe p
uerbia vſq; adeo nō intelligunt vt nec ſaltem nō ſe
intelligē intelligant. Criſ. Quī autem ad id qđ
in eoꝝ mente erat. reſpondit ſubdunt. Nūc ſcimꝰ
qm̄ ſcis oīa. vides qualiter ipſecte. ſe habebant. qui
poſt tot ⁊ tanta demōſtrata dicunt. Nūc ſcimus ⁊
hoc dicūt tanq̄ ei q̄ſdam gr̄am tribuentes. Et nō ē
opus tibi ut q̄s te interroget. h̄ eſt anq̄ audias no
ſti ea que ſcandalizant nos ⁊ q̄ſcere nos feciſti di
cens. Quī pater vos amat. Aug. Quid gᵒ vult
ſibi q ei quem ſciebāt noſſe omia. cū dicere debuiſſe
videant̄ non eſt opꝰ tibi ut queq̄ interroges dicēdū
potꝰ putauerūt. Nō eſt opꝰ tibi vt quis te interro
get. quod vtrūq; legimꝰ factum ⁊ interrogaſſe ſci
licet dn̄m ⁊ interrogatum fuiſſe. Sed h̄ cito ſoluit̄.
quia hoc nō ei. ſed illis potius opꝰ erat quos īterro
gabat vł a q̄b; interrogabat̄. Neq; em̄ aliquos ille ī
terrogabat vt ab eis aliq̄d diſceret. ſed eos potꝰ ut
doceret. ⁊ q̄ interrogabat eū volentes ab eo aliq̄d
diſcere illis pfecto id opꝰ erat. ut ſcirent ab eo aliq̄
qui nouerat omia. Ille autem nō opꝰ habebat ut qđ
ab eo ſcire quiſq; vellet. p ipſius cognoſceret inter
rogationem quia priuſq̄ interrogaretur. interro
gatoꝝ nouerat voluntatem. Preuidere aūt cogita
tiones hominum magnum domino nō erat. ſed mag
num pvulis erat qui ſubdunt. In hoc credimꝰ quia
a deo exiſti. Theo. vi. ð ē. Per id em̄ credunt q a
deo exiuit. quia ea que dei ſunt agit. Nam cū domi
nus vtrūq; dixiſſet a deo exiui ⁊ a p̄re veni in hūc
mundum. nihil admirationis in eo habuerūt quod
frequent̄ audierant. vn̄ non addunt. A patre veni
ſti in hunc mundū. Sciebant em̄ a deo miſſū Et ex
iſſe tamen a deo neſciebant. Inenarrabilem vō illā
filij natiuitatem p v̄tutem dicti iſtius intelligentes
tunc primū ceperunt aduertere. cum illum ſine pro
uerbijs profitentur eſſe locutū. Non em̄ p conſue
tudinē hūani ptus deꝰ ex deo naſcit̄ cuiꝰ a dō exitio
potꝰ q̄ ptꝰ ē. eſt em̄ vnꝰ ex vno. nō eſt portio. nō ē
defectio. nō eſt diminutio nō deriuacō nō eſt ꝑtenſio
nō paſſio ſed viuētis nature ex viuēte natiuitas eſt

deꝰ ex deo exiens ē. nō creatura ī dei nomē electa. nō
vt eſſet cepꝰ ex nihilo ſed exijt a manente ⁊ exiſſe
ſignificatoꝝ nō h̄ natiuitatis nō ichoatōis Au. De
niq; de ipa eoꝝ etate adhuc ſc̄m interiorē hoīeꝫ pua
⁊ infirma eos admonꝫ vnđ ſubdit̄. Rn̄dit eis ih̄us
mō creditis. Theo. Quō duob; modis pnūciari pt̄
affirmādo ſcꝫ ⁊ inſultādo. ſi inſultādo h̄ ē ſenſus tar
diꝰ ad credendū euigilaſtis. Ecce em̄ venit hora ⁊
cetera. ſi affirmādo. ſenſꝰ eſt. veꝝ eſt qđ creditis. ſed
ecce veit hora vt diſpergamī vnuſq̄ſ q; ī ꝓpa ⁊ me
ſolū rlinq̄tis Au. ū ei qū ꝯplxenſꝰ ē tmᵒ carne ſua
ciᵒ carnē veꝝ ec̄ īnte rlīq̄rūt fidē Criſ. Dic aūt di
ſpergami ſcꝫ qū tradar. tm̄ em̄ vob̄ dn̄abit̄ timoꝛ ut
neq; ſiī poſſitis rcedē. ſꝫ ego ex hoc nullū patiar ma
lum. vn̄ ſubdit. ⁊ nō ſū ſolus q̄a pr̄ mecū ē. Aug.
Ad hoc intelligendū eos volebat extēdi ⁊ creſcere
ne ſic a p̄re filiū cogitarent exiſſe. ut putarēt etiā
rceſſiſſe. deīnđ ſmonē ꝯcludēs dic̄. Hec locutꝰ ſū
uob̄ ut in me pacē hēatis Criſ. i. ut nō abijciatis
me a mente vr̄a. nō em̄ nūc ſolum qū ꝯphendar ſiet
uob̄ aduerſa. ſꝫ donec eritis ī mūdo tribulatōꝫ habebi
tis ⁊ h̄ eſt qđ ſubdit. in mōdo pſſurā hēbitis Gre.
xvi. mo. Quaſi di. ſit uob̄ de me interiꝰ qđ ꝯſolādo
reficiat q̄a erit de mūdo exteriꝰ qđ ſeuiendo grauēt̄
pmat. Aug. Illud initiū habitura fuerat iſta preſ
ſura. De quo dic̄. venit hora ut diſpergamī vnuſq̄ſ
q; in ꝓpria. ſꝫ nō eo mō erat pſeueratura. q em̄ ad
iunxit ⁊ me ſolum reliquatis. nō volt eos tales eſſe
in conſequenti preſſura quam poſt eiꝰ aſcenſionem
fuerant in mundo habituri. ut relinquāt eum. ſꝫ ut
in illo pacē habeāt pmanētes in eo. Vn̄ ſequit̄. ſꝫ cō
fidite. Criſ. id ē reſurgite īnte. mgr̄o em̄ ſuperante
inimicos ū oportet diſciplos anxiari. vn̄ ſubdit. q̄a
ego uici mūm. Aug. Dato aūt ſpūſancto ꝯfiderūt
⁊ vicerūt non ū in illo. nō em̄ uiciſſet ille mundū ſi
mēbra eiꝰ vinceret mūꝰ. cū aūt dixit Hec locutꝰ ſum
uob̄. ut in me pacē habeatis nō recentiora paulo āte
ab eo dicta. ſed omia debemꝰ accipe ſiue quecūq; illic
locutꝰ eſt ex quo eos cepit hr̄e diſciplos. ſiue ex q̄
poſt cenā exorſus ē hūc mirabilem plixumq; ſmo
nem. hāc em̄ cauſam cōmēdauit ſmonis ſui ut ī illo
pacē haberēt. hec pax finē tpis nō habebit ſed oīs
pie noſtre intentōis actionīſ q; finis ipa erit

**Capitulum .xvii.**

**Hec locutꝰ eſt ieſus ⁊ ſubleuatis
oculis ī celū dixit Pater venit
hora clarifica filiū. vt filiꝰ tuꝰ
clarificet te. Sicut dediſti ei po
teſtatē omnis carnis ut omne quod dediſti
ei det eis vitam eternam Hec eſt aūt vita
eterna ut ꝯgnoſcāt te ſolum verum deū. ⁊
quem miſiſti iheſū xp̄m Ego te clarificaui
ſup terrā Opꝰ ꝯſūmaui qđ dediſti mihi vt
facerem Et tunc clarifica me tu pr̄ apud
temeipſum claritate quam habui priuſq̄
mundus fieret apud te**

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

¶ Criſ. Quia dixerat dominꝰ. In mundo pſſurã
habebitis poſt admonicionē in oracionem vertitur
erudiens nos in tribulacōibꝫ omia dimittentes ad de
um refugere Vñ dicit Hec locutꝰ eſt ihus ¶ Beð
Illa intelligi debent que ī cena locutꝰ eſt. quedam q̄dē
ſedendo vſqꝫ ibi. Surgite eamꝰ hinc. Deinde ſtando
vſqꝫ ad hymni finē. Cuiꝰ hoc eſt inicū. Et ſubleua
tis oculis in celū dixit. Pat̄ venit hora clarifica fi
lium tuum. ¶ Criſ. Propter hoc in celum oculos
eleuauit ut nos doceret extenſionē que eſt in orōi
bus ut ſtantes ſurſū aſpiciamꝰ. non oculis carnis
ſolum ſe ⁊ mentis. ¶ Augu. Poterat aūt dominꝰ
in forma ſerui ſi hoc opꝰ eſſet orare ſilentio. Sed
ita ſe patri exhibere voluit precatorē ut meminiſ
ſet noſtrum ſe eſſe doctorem. proinde nō ſolum ad
ipſos ſmocinatio ſedeciam ꝓ ipſis ad patrem ora
tio diſcipulorū eſt edificatio. profecto ⁊ noſtri q̄ fue
ramus conſcripta lecturi. hoc aūt quod ait. pater
venit hora oſtēdit omne tempus ⁊ quid quādo fa
ceret vel fieri fineret ab illo eſſe diſpoſitū qui tem
pori ſubditus non eſt. non aūt credatur hec hora fa
to vrgente veniſſe ſed deo potius ordināte. abſit em̄
vt ſidera mori cogerent ſiderū conditorē. ¶ Hila
rii. de trini. Non diem aūt nō tempꝰ ſed horā veniſ
ſe dicit in hora diei portio eſt. ⁊ que erat hec hora
Iam nunc cōſpuendus flagellādꝰ crucifigēdꝰ erat
ſed clarificat pater filium. ſol decurſu opis defecit ⁊
interitum ſuum cū eo reliqua mundi elemēta ſēſere
ad onus domini in cruce pendentis terra tremuit ⁊
eū qui moriturus erat intra ſe conteſtata eſt nō ca
pere. proclamat centurio. vere filius dei erat iſte ꝑ
dictiom conſentit effectus. dominus dixerat. clarifi
ca filium tuū. nō ſolum noīe conteſtatꝰ eſt eſſe ſe fili
um. ſed ⁊ ꝓprietate qua dicit tuum. Multi em̄ nos
filij dei. ſed non talis hic filiꝰ. hic eñ ꝓprius ⁊ verꝰ
eſt filius origine non adoptione. veritate non nun
cupatione. natiuitate. non creatione. Ergo pꝰ clari
ficationē eius dīuitatem cōfeſſio ꝓſecuta ē. Nā verū
dei filium cēturio cōfitetur. ne quis credentiū ambi
geret. quod aliquis ꝓſequentiū nō negaſſet. ¶ Au.
Sed ſi paſſione clarificatꝰ dr̄ quantomagis reſurre
ctione. Nā in paſſione magis eſſe humilitas q̄ꝫ cla
ritas cōmendatur Quod ergo ait. Pater venit hora
clarifica filiū tuū. ſic intelligēdum eſt. tanq̄ꝫ dixerit
venit hora ſeminande humilitatis fructum nō diffe
ras claritatis. ¶ Hyl. iij. de tri. Sed forte infirmꝰ
reſpicitur filiꝰ dū clarificationē poſterius expectat. ⁊
quis nō p̄rem potiorem cōfitebitur. cum ipſe dicat.
Pater maior me eſt. Sed cauendum ē ne apud im
peritos gl̄iam filij honor p̄ris infirmet. Nam ſequi
tur. vt filiꝰ tuꝰ clarificet te. Non ergo infirmꝰ eſt fi
lius. vicem clarificationis ipſe cū clarificandꝰ ſit red
diturꝰ. Ergo expoſtulatiō clarificatōis dande. vici
ſimqꝫ reddende eandem in vtroqꝫ oſtēdit diuinitatis
v̄tutem. ¶ Augu. Merito aūt querit quomō p̄rem
clarificauerit filiꝰ cum ſempiterna claritas p̄ris nec
diminuta fuerit in forma humana nec augeri po
tuerit in ſua ꝑfectione diuinaꝰ. Sed apud homines
minor erat quādo in iudea tm̄modo deꝰ notꝰ erat. q̄a
v̄o ꝑ euangeliū xp̄i factum eſt. vt p̄r innoteſceret
gentibꝰ p̄rem clarificauit ⁊ filiꝰ. Dicit ergo. clarifi
ca filium tuū vt filiꝰ tuꝰ clarificet te. ac ſi dicat. re
ſuſcita me vt innoteſcas toti orbi ꝑ me. deīde magis
pandens quomō clarificet p̄rem filiꝰ ſubiungit. Sicut
dediſti ei poteſtatē omis carnis. vt om̄e quod dedi
ſti ei. det eis vitā eternam. Omnē carnem dixit om̄eꝫ
hominem a pte totū ſignificans. Hoc aūt ꝙ poteſtas
xp̄o a patre data eſt omis carnis. ſcd̄m hoīem intel
ligendū eſt. ¶ Hyl. iij. de tri. Caro em̄ factꝰ ipſe vi
te eternitatem erat caducis ⁊ corporeis ⁊ mortalibꝫ
redditurꝰ. ¶ Hyl. ix. de tri. Vel accepta poteſta
corde ꝯphenderent· nūc aūt q̄ñ eū illo mō ꝯphenderēt
ab eo longi⁹ receſſerunt· Sequitur· Et ligauerūt eū
a quo ſolui poti⁹ velle debuerant· ⁊ erāt forte in eis
qui poſtea liberati ab eo dixerēt· Diruptiſti vincula
mea· poſtea vō q̄ȝ pſecutores tradēte iuda dn̄m liga
uerunt ut intelligatur iudas non laudabilis vtilita
te tradicionis hui⁹· ſed ſcelens voluntate damnabil
ſubdit· Et adduxerunt eū ad annam pmū· ¶ Cris
Pre delectatione eā ꝯtrahabant in his que fiebant·
quaſi trophēū ſtatuētes ¶ Aug· Nec tacet tām cur
ita factuȝ ſit ſubdens, erat em̄ ſocer caiphe qui erat
pontifex anni illi⁹· Merito ⁊ mathe⁹ cū id breui⁹
narrare voluiſſet eū ad caipham ductū fuiſſe cōme
morat quia ⁊ ad annam p⁹ ideo duct⁹ eſt· q̄ ſocer ei⁹
fuerit· vt intelligēdum ſit hoc eundem caiphaȝ fieri
voluiſſe· ¶ Beda· Quatu⁹ dum a cōſimili pontifi
ce dānaretur· ipſe q̄ minoris cūia re⁹ haberet· Vel
fortaſſis ſic domus ei⁹ ſita erat· vt pterire eam non
poſſent· Quæ diuinit⁹ actum eſt ut q̄ erant affines
ſanguine ſociarētur in ſcelere· Sed q̄ dic̄ q̄ eſſȝ pō
tifex anni illi⁹· ſonat cōtrarium legi· In qua pcep
tum erat· ut vn⁹ eſſet pōtifex ſilm⁹ quo mortuo ſuc
cederet ei fili⁹ ſuus· Sed iam pontificat⁹ ambitione
erat infectus· ¶ Alchu· Refert em̄ ioſeph⁹ iſtum
caipham vni⁹ anni ſacerdotium redemiſſe· nō ergo
miꝝ ſi iniquus pontifex inique iudicauerit· ſepe q̄ p
auariciam ad ſacerdotium accedit· p iniuſticiā in eo
ſeruatur· ¶ Cris· Hic aūt audiēs vincula audiētor
tumultuet̄ recolat ꝓphetie q̄m mors ei⁹ ſal⁹ fuit or
bis terraꝝ· Vñ ſequitur· Erat aūt caiphas q̄ cōſiliū
dederat iudeis quia expedit vnū hoīem mori p ꝑplo
Tanta em̄ eſt veritatis ſupabundancia vt eā inimi
ci eam perſonent·

¶ Sequebatur aūt ihesū· Simon petrus ⁊
alius diſcipulus. diſcipulus aūt ille erat no
tus pontifici. Et intrauit cum iheſu in atri
um pontificis petrus aūt ſtabat ad oſtium
foras Exiuit ergo diſcipul⁹ alius qui erat
not⁹ pontifici ⁊ dixit oſtiarie ⁊ introduxit
petrum Dicit ergo petro ācilla oſtiaria. nū
quit ⁊ tu ex diſcipl'is es hoīs iſtius? Dicit
ille non ſum ſtabant autem ſerui ⁊ miniſtri
ad prunas quia frigus erat ⁊ calefaciebāt
ſe Erat autem ⁊ petrus cum eis ſtans ⁊ ca
faciens ſe.

¶ Aug· de con· euā· de petri tēptatione que inter do
mini cōtumelias facta eſt nō eodem ordine om̄es nar
rant· Nā iſtas pmo cōmemorāt mathe⁹ ⁊ marc⁹ de
inde petri temptatōȝ· Lucas vō explicat pri⁹ tempta

tōes petri· tū demū dn̄i cōtumelias· iohes aūt icipit
petri temptatōȝ dicere cū dicit· ſeq̄batur aūt ihm
Simon petr⁹ ⁊ ali⁹ diſcipul⁹ ¶ Alch· Ex deuotione
ſeq̄bat mgr̄m q̄uis a lōge ꝓpt̄ timorē ¶ Au· Quis
ſit aūt ille ali⁹ diſcipl'us non temere affirmādum eſt
quia tacetur Solet aūt ſe idem iohes ita ſignificare
⁊ addere quem diligebat ihs· Fortaſſis g° ⁊ hic ipſe
eſt ¶ Cris· Se aūt occultat humilitatis gr̄a· Etenī
hic magnā fortitudinē enarrat· q̄m omib⁹ fugientib⁹
ipſe ſequit̄· ſȝ prepōit ſibi petꝝ ⁊ ſui ipſius cōad⁹
eſt meiſſe· vt diſcas q̄m certius aliȷs enarrat ea que
facta ſunt in atrio quaſi intus exiſtēs · Subdit aūt
ꝓpriam laudē ſubdens· Diſcipl⁹ aūt ille erat notus
pontifici ⁊ introiuit cū ihu in atrium pontificis· nō
em̄ hoc vt magnū quid de ſeipō ponit· ſed q̄a dixit
q̄ intrauit cum ihu ſolus· vt non eſtimes hoc excel
ſe mentis eſſe addidit cām · Igitꝰ petꝝ veniſſe illuc·
amoris fuit· nō intraſſe aūt metus timoris· vñ ſeq̄tur
petr⁹ aūt ſtabat ad hoſtiū foras· ¶ Alch· Foris ſta
bat qui negatur⁹ erat dn̄m. nec erat in xp̄o· q̄ xp̄m
ꝯfiteri nō erat auſus ¶ Cris· Sed q̄m ⁊ petrus in
traſſet vſq̄ domū ſi ei cōceſſū eſſet indicauit ſubdēs
exiuit g° diſcipl⁹ ali⁹ q̄ erat not⁹ pōtifici ⁊ dix· ho·
⁊ itroduxit petꝝ Ipſe aūt ipſe eū ñ itroduxit q̄a xp̄o
adherebat ⁊ ſeq̄bat̄ eū· Sequitur· dixit g° petro an
cilla hoſtiaria· Nunq̄d ⁊ tu ex diſcipul' es hoīs iſti
us? Dic̄ ille· Non ſū q̄d dicis o petre· nōne p⁹ dix:
iſti· ⁊ ſi oportuerit aīam meā p te ponā· q̄d ergo fa
ctū eſt· q̄m nec hoſtiarie fers īterrogatōȝ? Nō erat
miles qui īterrogabat· ſed hoſtiaria vilis· neq̄ dicit
ſeductoris diſcipl⁹ es· ſed hoīs illi⁹ q̄d miſerētis erat
Dic̄ aūt nunq̄d ⁊ tu q̄a iohes int⁹ erat· ¶ Aug· Sȝ
q̄d miꝝ ſi de⁹ vera pdixit hō aūt falſa pſumpſit? ſane
in iſta que iā cepta eſt negatiōe petri debem⁹ aduēte
re· nō ſolū ab eo negari xp̄m q̄ dicit eū non eſſe xp̄ȝ
ſȝ ab illo eciā q̄ negat ſe eſſe xp̄ianū· dn̄s em̄ nō ait
petro diſcipl'm meū te negab· ſȝ me negabis· nega
uit g° ipm̄ cū ſe negauit eſſe diſcipl'm q̄d autē ali⁹
iſto mō q̄ȝ ſe negauit eſſe xp̄ianū Quāmulti poſtea
eciā pueri ⁊ puelle potuerunt mortē p xp̄i ꝯfeſſio
ne ꝯtemnē ⁊ regnū celoꝝ fortit̄ introire· q̄d tūc iſte
non potuit q̄ claues regni eius accepit· ecce vnde
dictum ē· Sinite hos abire· q̄a quos dediſti mihi· nō
pdidi ex eis quenq̄ȝ vtiq̄ em̄ petr⁹ ſi negato xp̄o hic
iret q̄d aliud q̄ȝ periret ¶ Cri· ō pe· he· Idcirco aūt diui
ne pūidentie ſecretū pmiſit vt prim⁹ ipſe laberet pe
trus quo erga peccātes duriorē ſniam ꝓprij caſus
intuitu temperaret· petrus em̄ orbis terraꝝ doctor
⁊ magiſter peccauit ⁊ veniā īpetrauit vt hec indul
gentie norma ⁊ regula iudicātib⁹ pferetur · Idcir
co em̄ non angelis arbitror cōmiſſam ſacerdotij po
teſtatē· ne cum ipſi minime peccarēt in peccatorib⁹ ſīn
mia vindicarēt· hō paſſibilis ſup hoīes ordinatur·
vt dum ipſe in aliȷs ſuas recolit paſſiones mitem
apud eos ſe pbeat ⁊ benignum· ¶ Theo· Quidaȝ tn̄
manent quādā ꝯtrā ꝓpriantes petro dicunt q̄ iō
negauit petr⁹ quoniam volebat ſemp eſſe cū xp̄o
⁊ ſequi continue· Nouit em̄ q̄ ſi fateretur ſe eſſe ð
xp̄i diſcipulis occideretur ab eo ⁊ non haberet vl
tra ſpacium ſequēdi videndiq̄ dilectum· vñ ſtabat

Unde ſiſtabat ſe officiũ gerẽ miniſtroꝝ ne vult⁹ mẽ ſticia cognit⁹ excluderet. vnde ſequitur. Stabant aũt ſui ⁊ miſtri ad prunas q̃a frig⁹ erat ⁊ calefaciebãt ſe Erat aũt ⁊ petr⁹ ſtans cũ eis calefaciẽs ſe ¶ Au. Non hyemps erat ⁊ tñ frig⁹ erat quale ſolet eciam equinoctio vno accidere. ¶ Greg. ꝫ. mo. Jã aũt int⁹ a caritatis calore petr⁹ torpuerat ⁊ ad amorẽ pñtis vite quaſi ad ꝑſecutoꝝ prunas infirmitate eſtuante recalebat.

¶ Pontifex aũt interrogabat ihesum de diſcipulis ei⁹. ⁊ de doctrina ei⁹. Reſpondit iheſus Ego palam locutus ſũ mundo. ego ſemꝑ docui in ſinagoga ⁊ in templo. quo omnes iudei cõuenerunt ⁊ in occulto locutus ſum nihil. quid me interrogas? Interroga eos qui audierũt quid locut⁹ ſum ipſis Ecce hi ſciunt que dixerim ego

¶ Criſ. Quia xp̃o nullũ crimen inferre poterant ꝺ diſcipul' interrogabãt. vnd' dicit. Pontifex aũt interrogabat ihm̃ de diſcipulis ei⁹ fortaſſis vbi erãt vel cui⁹ gracia eos collegit. Hoc aũt dicebat quaſi ſediciosum ⁊ nouarũ reꝝ factorem eũ redarguẽ volẽs quaſi nullo alio attendẽte ei q̃ꝫ ei⁹ diſcipulis ¶ The. Explorat inſup de doctrina. vñ ſequitur. Et de doctrina ei⁹ cuiuſmodi ſcꝫ foret. vtꝝ a lege diſcrepans ⁊ aduerſa moyſi. vt ex inde occaſione concepta vt dei emulũ pdat. ¶ Alcuin. Non eñ cognoſcende vitatis amore interrogat. ſed vt cãm inueniret qua eũ accuſare potuiſſꝫ ⁊ tradere romano pſidi ad dãnãdũ ſed dñs ita tẽperauit rñſionẽ vt nec vitatem tacẽt nec ſe defendere videret. ſequitur. eñ. Reſpondit ihs Ego palam locut⁹ ſum mũdo ego ſemꝑ docui in ſinagoga ⁊ i tẽplo i quo oẽs iudei ꝯuenerut ⁊ in occulto locut⁹ ſum nihil. ¶ Aug. Nõ pretereũda naſcit̃ h̃ queſtio. Si eñ ipis diſcipul' ſuis non loquebat̃ palam ſꝫ horã ꝓmittebat qñ palã fuerat locutur⁹ quõ palam locut⁹ eſt mundo Deĩn ipis diſcipul' ſuis mĩt to manifeſti⁹ loq̃bat̃. qñ cum eis erat remot⁹ a t̃bis Tũc eñ ⁊ pabolas apiebat quas clauſas ꝓferebat ad alios. ſꝫ itelligendũ ẽ ita cũ dixiſſe palã locutus ſum mũdo ac ſi dixiſſet. Multi me audierũt ⁊ rurſus non erat palam q̃a non intelligebãt. ⁊ q' ſeorſũ diſcipul' loq̃bat̃ non in occulto vtiq3 loquebat̃. q̃s nã q' in occulto loq̃tur qui corã tot homib' loq̃tur. preſertim ſi hoc loq̃tur paucis. q' ꝑ eos velit innoteſcẽ multis. ¶ Theo. Remiſcit̃ aũt h̃ ꝓphete q' dicit. nõ in occulto locut⁹ ſum. nec in occulto t̃re tenebroſo. ¶ Criſ. Vel locut⁹ eſt q̃dem in occulto. ſꝫ non vt hi eſtimabãt trepidãs ⁊ ſeditionẽ faciẽs. ſꝫ vbi multorum auditõe ſupiora erant q̃ dicebant. Volens aũt ex ſupabũdantia h' dignũ ꝯſtituere ſuũ teſtioniũ ſubdit quid me interrogas? interroga eos qui audierũt quid locutus ſum ipis. Ecce hi ſciũt q̃ dixeri ego. quaſi diceret. Tu me ꝺ meis interrogas interroga inimicos meos qui inſidiant̃ michi. ſunt autẽ hec verba cõfidentis in eoꝝ que dicta erãt veritate hec eſt eñ veritatis ĩalterabilis demonſtratio cũ inimicos q̃s inuocat teſtes. ¶ Au. Ipa eñ q̃ audierãt ⁊ non intellexerãt. talia erãt vt nõ poſſet iuſte ac vaciter criminari. ⁊ quocienſcũq3 interrogãdo tẽptarunt vt inuenirẽt. vnde accuſarẽt eũ ſic eis rñdit vt oẽs eoꝝ retũderet doli ⁊ calũnie eoꝝ fruſtrarẽt

¶ Hec aũt cum dixiſſet vn⁹ aſſiſtẽs miniſtrorũ dedit alapam iheſu dicens ſic reſpõdes pontifici? Reſpõdit ieſus Si male locutus ſum teſtimoniũ perhibe de malo Si aũt bene quid me cedis? Et miſit eum annas ligatum ad caipham pontificem.

¶ Theo. Cum ihs aſtantiũ interpellaſſet teſtioniũ volẽs ſe miniſter excuſare q' nõ eſſet de his q̃ admirabant̃ ihm̃ ꝑcuſſit eũ. vñ dr̃. Hec aũt cum dixiſſꝫ vn⁹ aſſiſtens miſtrorum dedit alapã ihu dicens. ſic reſpondes pontifici? ¶ Augu. de con. euan. Hic ſane oñditur q' annas pontifex erat. nõdũ eĩ erat miſſ⁹ ad caiphã cum hec diceret. Et hos duos annã ⁊ caiphã pontifices cõmemorat eciã lucas i inicio euãgelij ſui. ¶ Alb. Hic implet̃ ꝓphetia dedi maxillam meã ꝑcutientib⁹. Sꝫ ihs iniuſte ꝑcuſſ⁹ manſuete rñdit. vnde ſequitur. Rñdit ei ihs Si male locut⁹ ſuꝫ teſtimoniũ ꝑhibe ꝺ malo Si aũt bene q' me cedis? ¶ Theo. q̃ſi d. Si habes ex his q̃ nũc a me plata ſũt reprehendere oſtende q' male dixerim. Q' ſi nequis quid furis. vel eciã ſic. Si ꝓperam docui cum in ſinagogis docebam certifica principem ſacerdotũ. Q' ſi recte docui. eciã vt eciã vos miſtri miraremini q' me nunc cedis. quẽ prius admirabamini? ¶ Aug. q' iſta reſpõſione veri⁹ manſueti⁹ iuſti⁹ Qui eñ accepit alapã nunq' vellet eum qui ꝑcuſſit. aut celeſti igne ꝯſumi. aut terra dhiſcẽte ſorberi. aut corruptũ demonio voluntari. aut eciã alia huiuſmodi qualibet pena vel eciam grauiore puniri. q' hoꝝ ꝑ potenciaꝫ iubere non potuiſſet ꝑ quẽ fact⁹ eſt mund⁹. ni paciencia nos docere maluiſſet. qua vincit̃ mũd⁹ Hic dicet aliquis. cur non fecit quod ipſe p̃cepit. ꝑcucienti ſcꝫ non ſic reſpõdere ſed maxillam debuit alterã p̃bere Quid q' ⁊ manſuete reſpondit ⁊ non ſolũ alteram maxillam iteꝝ ꝑcuſſuro ſed totum corp⁹ figendum p̃parauit in ligno ⁊ hic potius demõſtrauit ſua illa p̃cepta paciencie non oſtẽtatione corporis ſed cordis preparatione fienda Fieri eñ poteſt vt alterã maxillam viſibilit̃ homo p̃beat iratus quanto g° melius ⁊ reſpõdet vera placat⁹. ⁊ ad pferenda grauiora trãquillo aĩo fit parat⁹ ¶ Criſ. Quid igit̃ cõſequens erat niſi aut redarguẽ aut acceptare q' dictũ eſt. ſꝫ hoc non fit. ea eñ que fiebant. nõ erant iudiciũ. ſꝫ ſedicio ⁊ tirannis. Nõ inuenientes autẽ q' plus facerẽt mittunt eum ligatuꝫ ad caiphã. vnd' ſequitur. Et miſit eum annas ligatũ ad caiphã pontificẽ ¶ Theo. Suſpicantes hunc cum aſtutior eſſet. excogitare aliquid poſſe aduerſum ihm̃ dignũ morte. ¶ Aug. Ad illum aũt ſicut math'⁹ dicit. ab inicio ducebat̃ q' ipſe erat illi⁹ anni princeps ſacerdotuꝫ Alternis q̃ppe intelligendi ſũt ſolere annis agere pontificatũ ⁊ credendum ẽ ſcḿ voluntatẽ caiphe id eſſe factũ. vt ihm̃ ꝓmo ad annam ducerẽt. vel eciã domos eoꝝ ita fuiſſe poſitas vt nõ deberet annas a tranſeũtib⁹ p̃teriri

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

¶ Hed· Qz aūt dicit ligatum nō ſit intelligendū,ē
q̄ tunc tm̄ fuerit ligatus ſed tunc ligat⁹ eſt cū eſt
captus· itaq̄ ligatum ad caipham miſit ſicut ſibi fu
erat p̄ſcatus· ſiue fieri potuit. vt ad horā ſoluere
tur quatinus diſcuteret· ⁊ poſt hoc diſcuſſ⁹ iterum
ligaretur· ⁊ ſic ad caipham mitteretur ·

¶ Erat aūt ſimon petrus ſtans ⁊ calefa/
ciens ſe Dixerunt ergo ei nunquit ⁊ tu ex/
diſcipuliſ eius es? Negauit ille ⁊ dixit Nō
ſum Dicit vn⁹ ex ſeruis pontificis cognat⁹
eius cuius abſcidit petrus auriculam. Non
ne ego te vidi in orto cum illo. Iterum er/
go negauit petrus. ⁊ ſtatim gallus canta/
uit.

¶ Aug· Cum dixiſſet euangeliſta q̄ ihm ligatum
miſerat annas ad caipham Reuerſus eſt ad locum
narrationis vbi reliquerat petꝝ vt explicaret qđ
i domo anne de trina eius negatione ꝯgerat· vnde
dr̄· Erat aūt ſimon petr⁹ ſtās ⁊ califaciēs ſe· hic re
capitulat quod añ iā dixerat· ¶ Criſoſt· Vel multo
ſtupore detinebat · qui ſeruio⁹ erat vt deducto ihu
de cetero nō moueret· Sed hoc fit vt diſcas quāta
nature eſt imbecillitas· cum deus hominem relinq̄t
⁊ interogatus rurſus eūdē negat· vn̄ ſeq̄tur· Dixe
runt ergo ei· Nunq̄d ⁊ tu ex diſcipul' eius es? ne:
gauit ille· ⁊ dixit non ſum· ¶ Aug· de con· euā· hoc
loco inuenim⁹ nō ante ianuam· ſed ad focū ſtantem
ſecundo negaſſe petꝝ· qđ fieri nō poſſꝫ ñ iam rediſ
ſet poſtea q̄ꝫ foras exierat ut math⁹ dicit· neq̄ enī
iam exierat· ⁊ foris vidit euꝫ altera ancilla Sꝫ cū
exiret eum vidit id eſt cum ſurgeret ⁊ exiret aniad
uerat eū· ⁊ dixit his qui erāt ibi id eſt qui ſit erant
ad ignē intus i atrio· Et hic cum ihu nazareno erat
Ille aūt qui foras exierat· h̄ audito· rediens iura:
uit illis contrariētib⁹ quia non nouit hoīem· Deīn
de in eo q̄ iohēs hic ait dixerunt· nunquid ⁊ tu ex
diſcipul' eius es⁹ qđ redeunti ⁊ ſtanti dictū intelligi
mus· hoc quoq̄ cōfirmatur non illam tantum alte
ram ancillam quam cōmemorat i hac ſecunda nega
tione matheus ⁊ marcus· ſed ⁊ aliū quendā cōmemo
rat lucas cū petro illud egiſſe· vn̄ iohēs dicit· Dixe
runt ergo ei iohēs aūt ſecutus de tercia petri nega:
tione ita explicat· Dicit vn⁹ ex ſeruis pontificis co
gnat⁹ eius cui⁹ abſcidit petrus auriculam· nōne ego
te vidi in horto cū illo· Quod math⁹ ⁊ marc⁹ non
ſingulari· ſed plurali numero enūciant eos qui cum
petro agebant cum Lucas vnum dicat Iohēs q̄ꝫ
vnum eūq̄ꝫ cognatum eius cui⁹ abſcidit petr⁹ auri
culam· facile eſt intelligē aut pluralē numeꝝ p ſin
gulari vſitata locutione vſurpaſſe· matheū ⁊ mar
cum aut q̄ vn⁹ maxime tanq̄ꝫ ſciens· ⁊ qui eū vide
rat affirmabat· Ceteri autem ſecuti eius fideꝫ petꝝ
ſimul vrgebant· ¶ Cris· Sed neq̄ ore⁹ in memori
am eum reduxit eorum que ibi dicta ſunt· Neq̄ mul
ta dilectio quam illic p verba multa oñdit· vnde ſeq̄
tur Iteꝝ ergo negauit petrus ⁊ ſtatim gall⁹ canta
uit¶ Aug· Ecce medici completa eſt p̄dictio egro
ti ꝯuicta p̄ſumptio· Non enī factum eſt quod ille di:

xerat aīam meam p te ponam· ſed factū eſt· qđ ille
predixerat· Ter me negabis· ¶ Criſ· Euangeliſte
vō concorditer negationē petri ſcripſerunt Nō di
ſcipl'm accuſantes· ſed nos erudire volentes quātū
malum ſit non deo totū concedere· ſed in ſeipſo cōfi
dere· ¶ Bed· Miſtice aūt p p̄mam petri negatōꝫ
illi deſignanē qui ante paſſionē ipſius negauerūt euꝫ
eſſe deū· Per ſecundā vō illi qui poſt reſurrectioneꝫ
eius in diuinitatem p̄iter ⁊ humanitatem offēderūt·
Itē p p̄mū gallicantū ipſius deſignat capitis reſur
rectio· Per ſecundā· illa que que i fine celebrabitur
toti⁹ corporis· Per p̄mā aūt ancillā que petꝝ nega
re coegit deſignat cupiditas· Per ſcdam· carnalis
delectatio per vnū ſeu plures demones· qui ſuadent
xp̄m negare ·

¶ Adducunt ergo ihesum ad cayphan i
pretorium. Erat autem mane. Et ipſi non
introierunt in pretorium vt non contami/
narentur. ſed ut manducarent paſcha. Ex
iuit ergo pilatus ad eos foras ⁊ dixit eis.
Quam accuſacionem affertis aduerſus ho
minem hunc? Reſponderunt ⁊ dixerunt ei
Si non eſſet hic maleſactor non tibi tradi/
diſſemus eum. Dicit ergo illis pilatus Ac
cipite eum vos ⁊ ſecundum legem veſtrā
iudicate eum. dixerunt ei iudei. Nobis non
licet interficere quenq̄ꝫ. Vt ſermo ihesu im/
pleretur quem dixit ſignificans qua mor/
te eſſet moriturus .

¶ Aug· Redit euangeliſta ad locū narrationis ſue
vbi eam reliquerat vt explicaret petri negatiōem
Vnde dicitur· Adducunt ergo ihm ad caiphā i pre
torium· Ad caipham quippe ab anna· collega ⁊ ſo:
cero eius dixerat miſſum· Sed ſi ad caipham cur in
p̄torium? qđ nihil aliud vult intelligi· q̄ꝫ vbi preſes
pilatus habitauit ¶ Bedꝫ· Pretorium enī dicitur
ſedes pretores vero dicuntur prefecti· ſiue precep
tores eo q̄ ciuibus precepta donant ¶ Augu· Aut
igitur aliqua vrgente cauſa de domo anne quo ad
audiendum ambo conuenerant cayphas perrexe:
rat ad pretorium p̄ſidis· ⁊ ſocero ſuo ihesum reliq̄
rat audiendum· Aut in domo cayphe· p̄torium pila
tus acceperat· ⁊ tanta dom⁹ erat· vt ſeorſum habitātē
dñm ſuum ſeorſum iudicē ferret ¶ Aug· de cō· euā·
Tamen ad ipm cayphā ab initio ducebat ad quem
in extremo pduct⁹ eſt· Sed q̄a iam tanq̄ꝫ cōuictum
reū adducebant· Cayphe aūt iam antea viſuꝫ fuerat
vt ihesus moreretur· nulla mora interpoſita eſt· q̄n
occidendus pilatus traderetur· Sequit· Erat autē
mane· ¶ Cris· Anteq̄ꝫ gallus cantaret ad cayphā
ducitur mane vero ad pilatū p que demonſtrat euā
geliſta· quoniam p totum intermedium noctis a ca
ypha interrogatus in nullo redarguitur· ⁊ idcirco
miſit eum pylato· Sed illa aliis dimittens enarran
da ipſe queſiuit quod deinceps eſt· Sequitur enim
Et ipſi non introierunt in pretorium · ¶ Auguſti⁹

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

¶ Aug. Hoc eſt i eam ptem domꝰ quā pilatꝰ tene
bat ſi ipſa erat domꝰ caiphe. Cur aũt non introierũt
exponit ſubdens. Ut non contaminarent. ſed mandu
carẽt paſca ¶ Criſ. Quõ nunc iudei faciebant pa
ſca. Ipe vo ante vnam diẽ tradidit paſca. reſuans
ſuam occiſionẽ ſexte ferie. qñ vetꝰ paſca fiebat vel
paſca dicit totum feſtum. ¶ Aug. Dies eñ agere
ceperant azimoꝝ. quibꝫ diebꝰ contaminatio illis erat
in alienigene habitaculum intrare. ¶ Alch. Paſca
eñ ꝓprie dicebãt dies illa. q agnꝰ ad veſperaꝫ q̄rta
decima luna occidebat. ſeptẽ vo dies ſeq̄ntes dies
azioꝝ dicebãt. in qbꝰ nihil fermẽtatũ i domibꝫ eoꝝ
debuit inueniri. Sed tamẽ dies paſcalis inueniẽt in
ter dies azimoꝝ nominari ut apud matheum. prima
autẽ die aziorum acceſſerunt diſcipuli ad ihm dicẽ
tes. vbi vis paremꝰ tibi comedere paſca? Paſca eẽ
dies azimoꝝ inueniãt nominari. ſicut hic. vt mandu
carẽt paſca. Paſca eñ non imolatõem agni hic uo
cat que fiebat quartadecima luna ad veſperam. ſed
magnaꝫ ſolennitatẽ que. xv luna celebrabatur. pꝰ
agni imolatõꝫ. Quartadecima eñ luna dñs ſicut ⁊
alij iudei paſca celebrauit xv. luna qñ magna ſolen
nitas celebrabãt. eſt crucifixꝰ. quartadecima vo lu
na cepit eſſe imolatio. ex q captꝰ eſt in orto. ¶ Au.
O impia cecitas alienigene iudicis precomo contã
minari timebant ⁊ fr̃is innocentis ſanguinem non ti
mebant. Nam ꝙ eaam dñs erat ⁊ vite dator q oc
cidebatur. non eoꝝ conſcientie. ſed neſcientie depute
tur. ¶ Thc. Sꝫ pilatꝰ vetũ ꝓcedens mitꝰ ipſi obuiã
egredit. vñ ſeq̃tur. Exiuit gꝰ pilatꝰ ad eos foras
¶ Che. Hec aũt erat cõſuetudo iudeoꝝ. vt quẽ mor
tis reum iudicarent vinctũ preſidi traderent. vt dũ
preſes vinctũ cerneret intelligeret morti addictum.
¶ Criſ. Sed videns eũ ligatum ⁊ a tot ductũ nõ
eſtimauit hoc argumentum eſſe inalterabile accuſatio
nis ſed interrogat. Unde ſeq̃tur. Et dixit eis. Quã
accuſationẽ affertis aduerſus hoiem hunc? Incõue
niens eñ dicit eſſe iudiciũ eos rapuiſſe. ſupplicium aũt
illi concedere. Sed illi renuẽtes ex directo accuſati
onem coniecturis q̄buſdam vtuntur. vñ ſeq̃tur. re
ſpõderunt ⁊ dixerunt ei. Si non eſſet h malefactor
non tibi tradidiſſemꝰ eum. ¶ Aug. Interrogẽtur
atqꝫ reſpondeãt ab immundis ſpiritibꝰ liberati. ceci
videntes mortui reſurgentes. ⁊ qd omia ſupat. ſtul
ti ſapientes. vtrũ ſit malefactor ihs. ſed iſta dicebãt
de q̄bus p ꝓphetam iam ipe pdixerat retribuebant
mala ꝓ bonis. ¶ Aug. de con. euan. Sed videndum
ẽ. ne cõtra ſit quod lucas dicit certa i eo dicta eſſe
crimia. Ceperunt aũt illum inq̃t accuſare. dicentes.
Hunc inuenimꝰ ſubuertentẽ gẽtem nr̃aꝫ. ⁊ ꝓhiben
tem tributa dari ceſari. ⁊ dicẽtem ſe xp̃m regem eẽ.
Sed ſm iohẽm videnẽ iudei noluiſſe dicere crimia
vt eorũ auctoritatem ſecutꝰ pilatꝰ quid ei obijcerẽt
deſineret querere. ſed ob hoc tm̃ nocẽtem credẽt.
ꝙ ſibi ab eis tradi meruiſſet ergo intelligẽ debemꝰ
⁊ hoc dictũ eſſe ⁊ illud quod lucas cõmemorauit. mĺ
ta eñ dicta ⁊ multa reſponſa ſunt. Unde in narratio
ne ſua quiſqꝫ poſuit. qd ſatis eſſe iudicauit. Nã ⁊
ipe iohãnes dicit q̄dam que obiecta ſunt. que ſuis lo
cis videbimꝰ. Itaqꝫ ſeq̃tur. Dicit ergo eis pilatꝰ ac
cipite eum vos ⁊ ſm legem veſtram iudicate eum.
¶ Theo. Quaſi diceret qñ ad votum iudiciũ poſci
tis ⁊ ſupbitis. acſi nihil vnq̄ꝫ ꝓphanum egeritis. ac
cipite vos ⁊ damnate. Ego nanqꝫ nequaq̄ꝫ talis iu
dex efficiar. ¶ Alchui. Uel hoc dicit. quaſi. diceret.
vos qui legem habetis. ſcitis quid lex de talibꝰ iudi
cet. ſm quod iuſtum eſſe ſcitis. ita facite. Seq̃tur.
Dixerũt ergo ei iudei. nobis nõ licet interficere quẽ
q̄ꝫ ¶ Aug. Sed nõne lex eis p̄cepit. ne malefactori
bus preſertim ſeductoribꝰ adeo. qualẽ iſtũ putabãt
parcant? Sed intelligendũ eſt eos dixiſſe non ſibi li
cere interficere quemq̄ꝫ ꝓpter feſti diei ſanctitatem.
quẽ celebrare iã ceperãt. Ita ne omnẽ ſenſũ nimia
malicia pdidiſtis. vt ideo vos a ſanguine innocentis
impollutos eſſe credatis. quia eum fundendũ alteri
traditis. ¶ Criſ. Uel ideo ipſi eum nõ interfecerunt
quia multũ de poteſtate eoꝝ abſciſum erat eis ro
manis rebꝰ ſubiacentibꝰ. Uel aliter quia dixẽrat eis.
Scd̃m legem vr̃aꝫ interficite eum. volentes oñdere
ꝙ peccatũ eiꝰ non eſt iudaicũ dicunt. qñ nõ licet no
bis. Non eñ ſm legem nr̃aꝫ peccauit ſed crimen eiꝰ
eſt publicum. quia ſe regem dixt̃. vĺ quia eũ crucifi
gi cupiebãt vt etiam modo mortis eũ diffamarent. nõ
aũt licebat eis crucifigere. Sed ꝙ alio mõ interfici
ebant mõſtrat ſtephanꝰ ab eis lapidatꝰ. Et ideo ſb
ditur. vt ſermo ihu impleretur. quẽ dixit. ſignificãs
qua morte eſſet moriturꝰ. qñ ſcꝫ iudeis crucifigere
non licebat. aut dicit hoc euangeliſta. qñ nõ ab eis
ſolũ ſed ⁊ a gentibꝰ debebat interfici. ¶ Augu. Sic
eñ legimꝰ apud marcum vbi ait. Ecce aſcendimus
iheroſolimã ⁊ filiꝰ hominis tradẽt pncipibus ſacerdo
tũ ⁊ ſcribis ⁊ tradent eũ gentibꝰ. Pilatꝰ aũt roma
nus erat. eumqꝫ in iudeã romani p̄ſidẽ miſerant vt
ergo iſte ſermo ihu impleretur. ⁊ ut eũ ſibi tradi
tum gentes interficerent. noluerũt eum accipere
dicentes. Nobis non licet ⁊c.

¶ Introiuit ergo iterũ in pretoriuꝫ pila
tus ⁊ vocauit iheſum ⁊ dixit ei tu es rex
iudeorũ? Et reſpondit ieſus. A temetipſo
hoc dicis an alij dixerũt tibi de me? Reſpõ
dit pilatus. Nũquid ego iudeus ſũ? Gens
tua ⁊ pontifices tui. tradiderunt te michi.
Quid feciſti? Reſpondit iheſus. Regnum
meum non ẽ de hoc mundo. Si ex hoc mũdo
eſſet regnũ meũ miſtri mei vtiqꝫ decertarẽt
vt non traderer iudeis. Nũc aũt regnũ me
um non eſt hinc dixit itaqꝫ ei pilatꝰ. Ergo
rex es tu? Reſpõdit iheſus Tu dicis quia
rex ſum ego. Ego in hoc natus ſum. ⁊ ad
hoc veni in mundum vt teſtimonium perhi
beaꝫ veritati. Omis qui eſt ex veritate au
dit meã vocẽ dixit ei pylatꝰ qd ẽ veritas?
¶ Criſ. Pilatꝰ ab odio iudeoꝝ eripi volens. iudici
um non protraxit in longum. Unde dr̃. Introiuit er
go iterũ in p̄torium pilatꝰ ⁊ vocauit ihm. ¶ Theo.
ſeorſũ eo ꝙ magnã hẽbat de eo ſuſpicõꝫ ꝓmonebat

Proponebat aūt om̄ia exquiſitꝰ rimari amoto ſtre
pitu iudeoꝝ vnde ſequit̄· Et dixit ei tu es rex iude
orum· ¶ Alchu· His verbis oſtendit pilatꝰ iudeos
obiecisse hoc crimis vt diceret ſe eſſe regem iudeoꝝ
¶ Criſ· Vel hoc pilatꝰ a multis audierat q̄a vero
nihil illi habebāt dicere· vt non multa fieret inueſti
gatio· qd̄ cōmunit̄ dicebat̄· hoc in medium ducere
vult· ſequit̄· ⁊ r̄ndit ih̄s· A temetipo h̄ dicis an alij
tibi dixerūt de me· ¶ Theo· Innuit ex h̄ pilatū eſſe
vecordem· ac indiſcrete iudicantē· Ac ſi diceret· Si
hoc ex teipo loqueris pande ſigna mee rebellionis·
at ſi ab alijs p̄cepiſti· inq̄ſitioē fac ordinariā ¶ Au·
Sciebat vtiq3 dn̄s ⁊ qd̄ ipe interrogauit ⁊ qd̄ ipe
reſpōſurꝰ fuit· Sed tn̄ dici voluit· nō vt ipe ſciret
ſed vt ſcriberetur· qd̄ voluit vt ſciret̄· ¶ Criſ· nō
ergo ignorans interrogat· ſed ab ipſo accuſari iu
deos volens· vnde ſeq̄tur· Rn̄dit pilatus· Nunqd̄
ego iudeꝰ ſū· ¶ Au· Abſtulit a ſe ſuſpitioē q̄ poſſet
putari a ſemetipo dixiſſe id ſe a iudeis audiſſe dmō
ſtrans· vn̄ ſubdit· Gens tua ⁊ pōtifices tui tradid̄
runt te mihi· Deinde dicēdo· Quid feciſti· ſatis oſtē
dit illud ei pro crimine obiectū· Tanq̄ꝫ diceret· Si
te regē negas quid feciſti vt traderis mihi· quaſi
mirū non eſſet ſi puniendꝰ iudici traderet̄· qui ſe di
ceret regem· ¶ Criſ· Reducit aūt pilatum nō val
de malum exiſtētem· ⁊ vult oſ̄ndere· q̄ nō eſt homo
nudꝰ· ſed deꝰ ⁊ dei filiꝰ· ⁊ qd̄ formidauerat pilatus
diſſoluit tirannidis ſuſpitoēꝫ· Vnde ſequitur· Rn̄dit
ih̄us· Regnū meū non eſt de hoc mundo· ¶ Augu·
Hoc eſt qd̄ bonꝰ mgr̄ ſcire nos voluit ſed pꝰ nobis
demōſtranda fuerat vana hoim̄ de regno eiꝰ opinio
ſiue gentiū ſiue iudeoꝝ· a quibus id pilatus audie
rat· quaſi p̄pterea fuiſſet morte plectendus· q̄ illici
tum affectauerit regnum· Vel quoēꝫ ſolent regnātu
ri inuidere regnanti· ⁊ videlicet cauendum erat· ne
huiꝰ regnum· ſiue romanis· ſiue iudeis eſſet aduer
ſum· Quod ſi interrogante pilato· continuo reſpon
diſſet· non etiam iudeis· ſed ſolis gentibus hoc de ſe
opinantibus reſpondiſſe videretur· Sed poſt reſpō
ſionem pilati· iam iudeis ⁊ gentibus oportunius ap
tius q̄ reſpondit· Quaſi diceret· Audite iudei ⁊ gen
tes· nō impedio dominationem veſtram in hoc mū
do· Quid vultis amplius· Venite credendo ad re
gnum quod non eſt de hoc mūdo· Quid eſt eñ eius
regnum niſi credentes in eum· quibus dicit· De hoc
mundo non eſtis· q̄uis eos eſſe vellet ī mundo· vnde
⁊ hic non ait· Regnum meum non eſt in hoc mun
Sed non eſt de hoc mundo· De mundo eñ eſt q̄cq̄d
hominum a deo creatum· ſed ex adam viciata ſtirpe
generatum eſt· Factum eſt autem regnum non iam
de mundo quicquid inde ī chriſto regeneratum eſt·
Sic enim nos deus eruit de poteſtate tenebrarum·
⁊ tranſtulit ī regnū filij caritatis ſue· ¶ Criſoſtōꝰ·
Vel hoc dicit quoniam nō tenet regnum· vt hic re
ges terreni tenent· ſed quoniam deſup habet princi
patum· qui non eſt humanus· ſed multo maioꝛ ⁊ cla
rioꝛ· Vnde ſubdit· Si ex hoc mundo eſſet regnum
meum miniſtri mei vtiq3 decertarent· vt non trade
rer iudeis· Oſtendit hic regni eius quod apud nos

eſt· imbecillitatem· quoniā a miniſtris habet fortitu
dinem· ſuperius vero regnum ſufficiens eſt ſibip̄ſi
nullo indigens· Si igitur maius ē illud regnū vo
lens captus eſt ſeipſum tradens ¶ Auguſtinꝰ· Cū
autem probaſſet regnum ſuum non eſſe d̄ hoc mun
do· ſubdit· Nunc autem regnum meum non eſt hic
Non dicit· non eſt hic· Hic eſt eñ regnum eius vſ
q3 ad finem ſeculi habēs intra ſe commixta zizania
vſq3 ad meſſem ſed tamen nō eſt hinc· quia peregri
natur in mundo· ¶ Theophilus· Vel ideo non dicit
non eſt hic· ſed non eſt hinc· Nam regnat in mundo
⁊ vtitur eius prouiſione· ⁊ iuxta votum cuncta di
ſponit· Non eſt autem ab infimis conſtitutum reg
num eius· ſed celitus ⁊ ante ſecula ¶ Criſoſtomus
Hinc autem heretici accipientes occaſionem alienū
eum eſſe a mundi conditione dicunt· Sed cum dicit
Regnum meum non eſt hinc· non priuat mundum
a ſua prouidentia ⁊ prelatione· ſed oſtendit regnū
ſuum non eſſe humanum· neq3 corruptibile· Sequi
tur· Dixit itaq3 ei pilatus· Ergo rex es tu· Reſpō
dit iheſus· Tu dicis quia rex ſum ego ¶ Auguſtiꝰ
Non quia regem ſe timuit confiteri· ſed ita dictum
eſt· vt neq3 regem ſe neget· ne regem ſe talem eſſe
fateatur· cuius regnum putetur eſſe de hoc mundo
Dictum eſt enim· Tu dicis· ac ſi diceretur· carnalis
carnaliter dicis· Deinde ſubiungit· Ego in hoc natꝰ
ſum· ⁊ ad hoc veni ī mundum· vt teſtimonium per
hibeam veritati· Non eſt producenda huius prono
minis ſillaba· q̄ ait· In hoc natus ſum tanq̄ꝫ dixe
rit· in hac re natꝰ ſum· ſed corripienda· tanq̄ꝫ dixe
rit· ad hoc natus ſum· ſicut ⁊ ait ad hoc veni in mū
dum· Vnde manifeſtum eſt eum temporalem natiui
tatem ſuam hic commemoraſſe· qua incarnatus ve
nit in mundum non illam ſine initio qua deus erat
¶ Theophilus· Vel aliter· Queſito per pilatum ſi
dominus eſſet rex· ego inquit in hoc natus ſum· id
eſt ad hoc q̄ rex ſim· hoc enim ipſo q̄ a rege pro
ductus ſum· me quoq3 teſtoꝛ fore regem· ¶ Criſoſto
Si igitur rex natus eſt· nichil n̄ accipiens h̄e· Ad h̄
inquit veni vt teſtimonium p̄hibeam veritati hoc ē
vt hoc ipſm ſuadeam omib9 ⁊ notandum ē· q̄ ſuam
humilitatem oſtendit dum dicentib9 qm̄ malefactoꝛ
eſt ferebat ſilens· quando vero interrogatꝰ ē de reg
no tunc locutus eſt ad pilatum· erudiens eum ⁊ re
ducens ad altioꝛa· Et oſ̄ndit ſe nihil verſutū opatū
eſſe p h̄ q̄ dicit vt teſtimoīm perhibeam veritati·
¶ Aug· Cum aūt xp̄c teſtimonium perhibet v̄itati
teſtimonium perhibet ſibi· Eius quippe eſt vox ego
ſum veritas Sed quia non omnium eſt fides· adiun
git atq3 ait Omnis qui eſt ex veritate audit vocem
meam audit vtiq3 interioribus auribus id eſt obedꝛ
mee voci· ac ſi diceret credit mihi Quod vero ait·
Omnis qui ex veritate gratiam commendauit· qua
ſecūdum propoſitum vocat Nam ſi naturam cogi
temus in qua creati ſumꝰ· Cum omnes veritas cre
auerit quis non eſt ex veritate· Sed non omnes ſūt
quibus vt obediant veritati· ex ipſa veritate preſta
tur· Si ei dixiſſet Oīs q̄ audit vocē meā ex v̄itate
ē id dicꝰ ex v̄itate putaret̄ q̄a obtemperat veritati

Non aũt hoc dicit ſed ait oĩs qui eſt ex veritatẽ audit vocem meam audit vtiq;. ac per hoc non ideo eſt ex veritate q̃a eius audit vocem ſʒ ideo audit quia ex veritate eſt quia hoc illi donum ex veritate collatum eſt. ❡ Criſ. Hec aũt dicens attrahit ⁊ ſuadet fieri eoꝝ que dicunt auditorẽ. Ita demq; ⁊ eum cepit his breuibus verbis vt quereret quid eſt veritas. Seq̃t em̃. dixit ei pilat⁹ q̇d ẽ veritas. ❡ Theo. Nam vere ab hominib⁹ euanuerat ⁊ a cũctis erat incognita dum eſſent incredũli

❡ Et cũ hoc dixiſſet iteꝝ exiuit ad iudeos ⁊ dixit eis Ego nullam ĩ eo inuenio cãʒ Eſt aũ conſuetudo vobis vt vnum dimittã vobis in paſca. Vultis ergo dimittã vobis r̃egem iudeorum. Clamauerunt om̃es rurſum dicentes. Non hũc ſed barrabaʒ Erat aũt barrabas latro.

❡ Augu. Cum dixiſſet pilat⁹ quid eſt veritas credo in mentem illi veniſſe continuo cõſuetudinẽ iudeorum qua ſolet eis dimitti vnus in paſca. ⁊ ideo nõ expectauit vt reſponderet ei iheſus ne mora fieꝛ cũ recoluiſſet morem quo poſſet eis ĩ paſca dimitti. q̇d eum valde voluiſſe manifeſtũ eſt. vnde dicit. Et cũ hoc dixiſſet iteꝝ exiuit ad iudeos. ❡ Criſ. Sciebat em̃ q̧ hec quidem indigebat tempore interrogatio. oportebat aũt eum eripere ab impetu iudeorũ. idcirco ⁊ exiuit. ❡ Alchui. Vel non expectabat audire reſponſum. quia forte indignus fuit audire. ſequit̃ ⁊ dixit eis ego nullam ĩ eo inuenio cauſam. ❡ Criſ. Non dixit quia peccauit ⁊ dignus eſt morte donate eum feſto ſed p̃mũ eũ excuſans tũc rogat ex ſupabundanti vt ſi nollẽt eum vt innocẽtem dimittere ſaltem obnoxiũ donarẽt tempori. ideoq; induxit. eſt aũt conſuetudo vobis vt vnum dimittã vobis in paſca ❡ Beda. Hec cõſuetudo non erat legis preceptũ ſed ex antiqua patrum traditiõe deſcendit vt ob recordatiõem liberatiõis ex egipto vnũ eis tũ die paſce dimitterẽt vinctum deinde exhortatur dicit. vultis ergo dimittã vobis regem iudeorum ❡ Aug. Auelli em̃ ex eius corde non potuit iheſum regem iudeorum eſſe. tãq; h̃ ibi ſicut ĩ titulo ipſa veritas fixerit de qua quid eſſet interrogauit. ❡ Theo. Pulcre aũt pilatus reſpondet per hoc q̧ in nullo iheſus errauit. ſed fruſtra iquietatur ad eis velut regnum deſiderans. nõ eũ em̃ qui ſe regẽ aſſereret ac emulũ romane p̃tatis romãoꝝ vicari⁹ abſoluiſſet. quãobrẽ ĩ h̃ q̇d dixit regem iudeorũ abſoluam prius inoxiũ ihm̃ p̃dit. illuditq; iudeos Quaſi diceret. quẽ vos criminamini vt regem ſe putantẽ. hunc ego abſolui iubeo quaſi talem nõ exiſtem. ❡ Aug. Sed hoc audito clamauerunt. vnde ſeq̃tur. Clamauerũt omnes rurſum dicẽtes. Nõ hunc. ſed barrabam Erat aũt barabas latro. Nõ reprehẽdim⁹ o iudei q̧ p paſca liberaſtis nocentem. ſed occidiſtis innocentẽ. q̇d tñ ñ fieret vẽꝝ paſca non fieret ❡ Beda. Quia ergo reliquerũt ſaluatorem ⁊ petiuerũt latronẽ. vſq; hodie dyabol⁹ ſua latrocinia exercet in ipſos. ❡ Alcħ Barrabas aũt interp̃tat̃ iſte fili⁹ magiſtri eoꝝ id ẽ dyaboli qui huic latroni in ſuo ſcelere iudeis in ſua pfidia magiſter fuit.

## Capitulum. xix.

TVnc ergo apphendit pilatus iheſum ⁊ flagellauit eũ. Et milites plectentes coronam de ſpinis impoſuerunt capiti eius. ⁊ veſte purpurea circumdederunt euʒ. Et veniebant ad eũ ⁊ dicebant Aue rex iudeorũ ⁊ dabãt ei alapas Exiuit iteꝝ pilatus foras ⁊ dixit eis Ecce adduco euʒ vobis foras vt cognoſcatis q̃a nullam in eo cauſaʒ inuenio. Exijt ergo iheſus portans ſpineam coronam ⁊ purpureum veſtimentũ Et dicit eis. Ecce homo.

❡ Aug. Cum iudei clamaſſent non ihm̃ ſibi dimitti a pilato velle p paſca. ſed barabam latronẽ. ſbdit Tunc ergo apprehẽdit pilat⁹ ihm̃ ⁊ flagellauit. Hoc pilat⁹ non ob aliud feciſſe credend⁹ eſt. niſi vt eius iniurijs iudei ſaciati ſufficẽ ſibi eſtimarẽt. ⁊ vſq; ad eius mortem ſeuire deſiſterent. ad hoc pertinet q̧ idem preſes etiã cohortem ſuam pmiſit facere que ſequũtur. aut fortaſſis ⁊ iuſſit Dixit em̃ q̇d deinde fecerint milites. pilatum tñ id iuſſiſſe non dixit. Seq̃tur em̃. Et milites plectentes coronã de ſpinis. impoſuerunt capiti ei⁹. ⁊ veſte purpurea circũdederunt eũ. ⁊ veniebant ad eũ. ⁊ dicebant Aue rex iudeoꝝ ⁊ dabant ei alapas. ❡ Criſ. Quia em̃ pilat⁹ eũ dixit regeʒ iudeoꝝ. ſcema ei cõtumelie de reliquo imponunt. ❡ Bed. Nam p dyademate. ſpineã illi impoſuerunt coronam ⁊ p purpureo veſtimẽto quo reges veteres vtebant̃. veſteʒ purpureã ei circũdãt vbi non debet videri ꝯtrariũ quod math⁹ dicit. circundediſſe clamidem coccineam. quia vt origenes refert vtri⁹ ſunt materie cocc⁹ ⁊ purpura. Coccule ei madunt̃ ⁊ ex his gutte ſanguinis fluũt. ex quibus vtriuſq; generis tingit̃ veſtimentũ. Et q̃uis hoc milites illudẽdo facerent nobis tñ operabant̃ miſteria. Nam p ſpineaʒ coronam noſtrorum deſignatur peccatoꝝ ſuſceptio. que ſicut ſpinas terra nr̃i corporis gẽnerat. In veſtimento purpureo caro ei⁹ paſſionib⁹ ſubiecta ſignificatur. Purpura etiaʒ veſtitur cum de triũphis ſanctoꝝ martirum gl̃iatur. ❡ Cri. Non auteʒ mundicie p̃ncipis erat quod faciebant. ſed ad gratiam iudaicam hoc faciebant quia neq; arca initium ab illo iuſſi ierunt nocte. ſed iudeis pecuniarum gracia gratificantes. omĩa audiebant Tot aũt ⁊ talib⁹ factis. ipſe ſtabat ſilens. Tu vero audiens hec. in mẽte habe continue ⁊ regem orbis terrarũ ⁊ angelorum dñm videns cõtumeliam patientem. ⁊ omĩa ferentẽ. ſilentio imitare ❡ Aug. Sic em̃ implebant̃ que de ſe dixerat xp̃c. Sic martires informabant̃ ad oĩa que p ſecutores libuit facere perferenda Sic regnũ quod d̃ hoc mũdo non erat. ſuperbum mundũ non atrocitate pugnandi ſed patiendi humilitate vincebat. ❡ Criſ. Vt aũt cõtinuum q̇d

a militibus factū erat ī eum videntes reſpirēt a paſ
ſione coronatum ihm̄ adduxit ad eos. vñ ſequi. Exi
uit iterum pilat⁹ foras ⁊ dixit eis. Ecce adduco eū
vobis foras vt cognoſcatis quia n ullā in eo cām in
uenio ❡ Aug. Hinc apparet ñ ignorāte pilato hec a
militib⁹ facta Siue iuſſerit ea ſiue pmiſerit illa. ſcʒ
cauſa quam ſupra diximus vt hec eius ludibria ini
mici libentiſſime viderēt ⁊ vlterius ſanguinem non
ſitirent. vñ ſequitur Exijt ergo ihūs portās ſpineā
coronam. ⁊ purpureum veſtimētum nō clarus impe
rio ſed plenus obproprio Sequitur Et dicit eis
Ecce homo Quaſi diceret Si regi inuidetis. iam
parcite quia abiectum videtis Feruet ignomīa fri
geſcat inuidia.

❡ Cum ergo vidiſſent eū pontifices ⁊ mi
niſtri clamabant dicētes. crucifige crucifi
ge eum dicit eis pilat⁹ accipite eū vos ⁊
crucifigite eum. Ego em̄ non inuenio in eo
cauſam. Reſponderunt iudei. Nos legem
habemus ⁊ ſecundum legem debet mori. qͣ
filiū dei ſe fecit Cum ergo audiſſet pilatus
hunc ſermonem magis timuit.
❡ Aug. Iudeoꝝ inuidia ꝓ xp̄i ignominia nō frige
ſcit in ardeſcit poci⁹. ⁊ increſcit. vñ dicit. Cum g⁰
vidiſſent eū pontifices ⁊ miſtri clamabant dicētes
crucifige crucifige eū. ❡ Cris. Vidit ergo pilatus
omia inanīt fieri. vnde ſeqtur. Dicit eis pilat⁹. acci
pite eū vos ⁊ crucifigite execrantis eſt hoc v̄bum
⁊ ad rem nō ꝯceſſā eos impllētis. Ipi em̄ ducebāt
eum vt cum p̄ſidis iudicio ſ̄ fieret. contigit aūt cō
trarium iudicio p̄ſidis eū magis abſolui. vnde ſequi
tur. Ego em̄ non inuenio in eo cām. Conuincit em̄
eum ab accuſationib⁹ eruit. vnde maifeſtū eſt qm̄ ⁊
priora ꝓter illoꝝ conceſſit inſaniam. Sed iudeos
canes nil horum in verecundiā conuertit. Nam ſe
quitur. Rñderunt iudei. nos legem habem⁹. ⁊ ſecū
dum legem debet mori qͣ filiū dei ſe fecit. ❡ Augu.
Ecce alia maior inuidia parua quidem illa videbat
velut affectate illicito auſu regie poteſtatis ⁊ tamē
neutꝝ ſibi ihūs mendaciter vſurpauit. ſed vtrūqʒ
verum eſt ⁊ vnigenit⁹ eſt dei fili⁹ ⁊ rex a deo cōſti
tutus ſup ſion montem ſanctam eius ⁊ verūꝙ nunc
demōſtraret ñ quanto erat potentior. tanto mallet
eſſe pacientior. ❡ Cris. Ad inuicē em̄ ipis diſputanti
bus ſilebat. Implēs ꝓphetiā illud ꝙ nō aperuit os
ſuū in humilitate ſua iudiciū eius ſublatū ē. ❡ Au
de con. euan. Hoc aūt poteſt cōgruere ei quod lu
cas commemorat in accuſatione iudeorum dictum.
Hunc inuenim⁹ ſubuertentem gentem noſtraꝫ vt
adiungatur quia filium dei ſe fecit. ❡ Cris. Deinde
pilatus quidem timet ab ipſis auditis ⁊ formidau
ne forte verum eſſet quod dicebatur. ⁊ videatur in
ique agere. Unde ſequitur Cum ergo audiſſet pi
latus hunc ſermonē magis timuit. ❡ Beda. Non
timuit. quia legem audiuit. quia alienigena erat. ſʒ
magis timuit ne filium dei occideret ❡ Cris. Illi ve
ro hoc dicentes. nō horruerūt. ſed interficiunt eum
pro quibus oportuerat adorare.

❡ Et ingreſſus eſt pretorium iteꝝ ⁊ di
cit ad iheſum Unde es tu? Iheſus autem rē
ſponſum non dedit ei. Dicit ei pilatus Mihi
non loqueris? Neſcis quia poteſtatem hēo
crucifigere te. ⁊ poteſtatem habeo dimitte
re te? Reſpondit iheſus. Non haberes pote
ſtatem aduerſum me vllam niſi tibi datum
eſſet deſuper. Propterea qui tradidit me
tibi maius peccatum habet Et exinde que
rebat pylatus dimittere eum.

❡ Cris. Pilatus timore cōcuſſ⁹ rurſus īqſitionē fa
cit. vñ dr̄. Et ingreſſ⁹ eſt p̄torium iteꝝ ⁊ dicit ad ie
ſum vnde es tu? Nō āt vltra interroga eūt quid feci
ſti Seqtur. Ihūs aūt reſponſū nō dedit ei. Qui em̄
audiuit qm̄ in h̄ natus ſum ⁊ ad h̄ veni qm̄ regnū
meū non ē hinc cū debuiſſet r̄ſiſtere ⁊ eripe eū. hoc
quidē non fecit ſed ſecut⁹ eſt iudaicum impetū ꝓpte
rea g⁰ nihil ei r̄ndit. qm̄ inaniter omīa interrogabat.
Sed aliter operibus teſtantib⁹ ei. volebat per ſmo
nes vincere ⁊ excuſationes componere oſtendens.
qm̄ ad hoc venit. ❡ Auguſtin⁹. Hoc autem ſilenci
um domini noſtri iheſu chriſti. Non ſemel factum.
collatis omnium euangeliſtarum narracionibus re
peritur ⁊ apud principem ſacerdotum ⁊ apud hero
dem ⁊ apud ipſum pilatum vt non fruſtra de illo ꝓ
phecia preceſſerit. Sicut agn⁹ coram tondente ſu
it ſine voce. ſic nō aperuit os ſuum. Tūc vtiqꝫ quā
do interrogantibus non reſpondit. Quamuis enim
quibuſdam interrogatōibus ſepe reſpondit. Cū pro
pter illa in quibus noluit reſpondere ad hoc data ē
de agno ſimilitudo. vt in ſuo ſilencio non reus. ſed in
nocens haberetur. id eſt non male ſibi conſcius. qui
de peccatis cōuincebatur ſuis. ſed ſicut manſuetus.
qui pro peccatis conuincebatur ſuis. ſed ſicut man
ſuet⁹ q̄ ꝓ pctīs immolabatur alienis. ❡ Criſoſtō⁹
Quia igitur ſiluit. Sequitur Dicit ergo ei pilatus
Mihi non loqueris? Neſcis quia poteſtatem habeo
crucifigere te. ⁊ poteſtatem habeo dimitere te? Vid
qualiter ſeipſum condemnauit. Si enim in te totum
poſitum eſt. cuius gracia nullam cām inueniens nō
abſoluis. Quia igitur aduerſus ſeipſum protulit
Reſpondit iheſus non haberes poteſtatem aduer
ſus eū vllaꝫ. niſi datū eſſet tibi deſuper Oſtendens q̄
niam non ſimpliciter ⁊ ſecundum aliorum conſequē
ciam hoc fit. ſed miſtice conſummatur. Iſte igitur
audiens eſtimet eum ab omni ereptum crimie ſubdit
Propterea qui tradet me tibi peccatū maius hꝫ Et
nimirum ſi datum erat neqꝫ hic neꝫ illi obnoxij ſūt
criminibus. inaniter dicis. Hoc enim datum eſt.
id eſt conceſſum aci diceret permiſit hoc fieri Nec
propterea extra iniquitatem ſunt ❡ Auguſtinus. Ec
ce reſpondit proinde vbi nō reſpondebat non ſicut
reus ſiue dolus ſed ſicut ouis ſilebat vbi reſponde
bat ſicut paſtor docebat Dicamus ergo quod dixit
quod ⁊ per apoſtolum docuit quia non eſt poteſtas
niſi a deo Et quia plus peccat qui poteſtati innocētē

Et quia plus peccat qui potestati innocẽtem occidẽdum liuore tradit. q̃ӡ potestas ipsa si eum timore alicui⁹ maioris potestatis occidit. talẽ quippe de⁹ dederat illi potestatem vt esset etiã sub cesaris potestate Quapropter non haberes inquit aduersum me potestatẽ vllam id est quãtulamcũq; habes. n̄ hoc ipm̄ quicq̃ӡ est tibi esset datum desup. sed quia scio quantũ sit. non eñ tm̄ est vt tibi ommmodo liberũ sit. ꝓpterea q̃ tradidit me tibi maius peccatũ habet Ille q̃ppe me tue potestati tradidit inuidendo. tu vero eandẽ potestatem in me exercitur⁹ es metuendo. Nec tm̄ vo q̃dem ꝑferum innocentẽ hoiẽm homo debet occidere sed id zelando facere multomagis malũ est q̃ӡ timendo Et id nõ ait. qui me tibi tradidit. ipse habet peccatum. tanq̃ӡ ille non haberet. sӡ ait. maius peccatũ habet. vt etiã se habere intelligeret. ❡ Theophi. Dicit aũt q̃ tradidit me tibi. id ẽ iudas vl' eciã turba. Cũ ergo patẽs rñsum ihesus ediderit. q̃ n̄ ego me metipm̄ ꝑberem. ⁊ pater concederet nõ haberes potestatem in me. ex hoc poti⁹ ipm̄ absoluere pilatus satagebat. Vñ seq̃tur. Et exinde querebat pilatus dimittere eum. ❡ Aug. Lege supiora ⁊ inuenies iam dudum eũ querẽ dimittere ihm̄. Exinde ita q̃ intelligendũ est. ꝓpter hoc id est ex hac causa. ne haberet peccatũ occidendo innocentẽ sibi traditum.

❡ Judei aũt clamabant dicentes. Si hunc dimittis nõ es amicus cesaris. Omis enim qui se regem facit cõtradicit cesari. Pilat⁹ ergo cũ audisset hos sermones adduxit foras ihesũ ⁊ sedit ꝓ tribunali in loco q̃ dicitᷓ lychostrothos. Hebraice autem gabatha. Erat aũt parasceue pasce hora quasi sexta Et dicit iudeis Ecce rex vester. Jlli autẽ clamabãt Tolle tolle crucifige eum Dixit eis pilatus regem vestrum crucifigam. responderunt pontifices. Non habemus regẽ nisi cesarem. Tunc ergo tradidit eis illum vt crucifigeretur.

❡ Aug. Maiorem timorem se ingerere putauerũt iudei pilato terrendo de cesare vt occideret xp̄m. q̃ӡ supius vbi dixerũt. Nos legem habem⁹ ⁊ s̄m legẽ debet mori. quia filium dei se fecit. Vnde dr̄. Judei aũt clamabant dicẽtes. Si hunc dimittis nõ es amic⁹ cesaris. Ois eñ qui se regẽ facit ꝯtradicit cesari ❡ Cri. Sӡ vñ hẽns h' dmõstrare. a purpura a diademate a curru a militib⁹. Nõne solus semp cũ. xij. discipulis incedebat ꝑ oĩa vilia transiens. ⁊ cibum ⁊ stolam ⁊ habitationẽ. ❡ Aug. Pilatus aũt eorũ legem nõ timuit. vt occideret. sed magis filiũ dei timuit ne occideret. Nunc vero nõ sic potuit cõtemnẽ cesarẽ auctorem potestatis sue quẽadmodum legem gẽtis aliene. vnde subdit. Pilat⁹ ergo cũ audisset hos sermones adduxit foras ihm̄. ⁊ sedit ꝓ tribunali. in loco qui dicitᷓ lithostrotos. hebraice aũt gabatha ❡ Cris. Exigit q̃dem vt scrutatur⁹ rem. sedere eñ ꝓ tribunali h' ostẽdebat. ❡ Glosa. Hic eñ tribunal est iudicij. sic thron⁹ vel solium regũ ⁊ cathedra doctoꝝ. ❡ Beda. Lichostrotos aũt dr̄ quasi lapide stratum erat loc⁹ sublimis Seq̃tur. Erat aũt parasceue pasce hora quasi sexta. ❡ Alchui. Parasceue. id est preparatio. hoc nomie dicebatur sexta sabbati in qua preparabãt necessaria sabbato vt de manna dictũ est. Sexto die colligetis duplum. quia eñ sexto die homo est fact⁹. ⁊ in septima requieuit de⁹ Pro sexta die ꝓ homie patitur sabbato quiescit in sepulcro. Hora aũt erat quasi sexta. ❡ Augu. Quid est ergo qđ marc⁹ dicit. Erat hora tercia ⁊ crucifixerunt eũ. nisi q̃a hora tercia crucifix⁹ est dominis⁹ linguis iudeoꝝ hora sexta manib⁹ militũ. vt intelligam⁹ horã q̃ntam iam fuisse transactam. ⁊ aliq̃d de sexta ceptum q̃n sedit ꝓ tribunali pilat⁹. que dicta est a iohẽ hora quasi sexta. ⁊ cum duceretᷓ ⁊ crucifigeretᷓ. ⁊ iuxta eius crucẽ gererentᷓ que gesta narrantᷓ. hora sexta integra ꝯpleretᷓ. Ex qua hora vsq; ad nonã sole obscurato tenebras factas trium euangelistaꝝ. mathei. marci. ⁊ luce contestatᷓ auctoritas. Sed q̃m iudei facin⁹ interfici xp̄i a se in romanos id est pilatum ⁊ ei⁹ milites transferre conati sũt ꝓpterea marc⁹ ea hora qua xp̄c a militibus crucifixus est ꝑtermissa terciam poti⁹ horam recordat⁹ expressit vt non tm̄ milites reperiantᷓ crucifixisse ihm̄ verũeciam iudei. qui vt crucifigeretᷓ hora tercia clamauerunt. est ⁊ alia hui⁹ solutio questionis vt nõ h' accipiatur hora sexta diei. q̃a nec iohãnes ait. Erat hora diei quasi sexta. sed ait. erat parasceue hora q̃si sexta. Parasceue aũt latine preparatio est. Pasca vero nostrum. sicut dicit aptus immolat⁹ est xp̄c. cui⁹ pasce preparationẽ si ab hora noctis nona ꝯputem⁹ quando videntᷓ pñcipes sacerdotum ꝓnunciasse dñi immolationẽ dicẽtes. reus est mortis vsq; ad horam diei terciã. qua crucifixum esse xp̄m marcus euãgelista testatᷓ sex hore sunt tres nocturne. ⁊ tres diurne. ❡ Theo. Soluũt aũt q̃dam q̃ ex peccato scriptoris contingent apud grecos. Nam q̃dam litera greca noie gama. cui⁹ talis ẽ figura tẽrciã horã importat. Quedam aũt figura que ab eis vocatᷓ episimõ que talis est ϛ sextam horaӡ importat Ex negligẽtia ergo scriptoꝝ p̄cedens figura cedere potuit i sequentem. ❡ Cris. Pilat⁹ ergo vt scrutatur⁹ exiẽt nullam tñ scrutationẽ faciens tradit eũ. estimãs mouendos esse eos. Vnde seq̃tur Et dicit iudeis Ecce rex vester. ❡ Theo. Quasi d. Ecce qualẽ hoiẽm fatemini. q̃ imperium vr̄m capesseret humilis vt nihil tale possit temptare. ❡ Cris. Et nimiꝝ que dicta sũt erant sufficientia vt facerent eos d' cetero ab ira cessare sed trepidabãt. ne dimiss⁹ rursus turbam ducat. Amor eñ pñcipatus versutum quid est ⁊ animam sufficiens ꝑdere ꝓpterea magis insistũt. Vnde seq̃tur. Jlli aũt clamabant tolle tolle. Interficere eñ eũ conãtur. ⁊ exprobratissima morte. vñ subdunt. Crucifige eũ. Formidãtes ne aliq̃ ei⁹ p⁹ ipm̄ fiat memoria ❡ Aug. Adhuc aũt pilat⁹ terrorem quẽ de cesare gesserat supare conatᷓ. vñ subditᷓ. Dix' eis pilat⁹ regeӡ vestrum crucifigam de ignominia eoꝝ volens eos frãgere quos de ignomia xp̄i mitigare

non potuit Sequitur ¶ Reſponderūt pontifices non
habemꝰ regē niſi ceſarē ¶ Criſ. Volentes ſeipos ſb
miſerē ſupplicio ꝓterea ⁊ deꝰ tradidit eos Quia eī
concorditer negauerūt regnum dei dimiſit eos ī ſu
um iudiciū incidere regnū enī xp̄i refutantes id qd̄
ceſaris eſt ſup ſeipos vocabāt ¶ Aug. Sed pilatꝰ
timore mox vincitur vnde ſequit̄ Tunc ergo tradi
dit eis illum vt crucifigerent. Aptiſſime enī contra
ceſarē venire videret ſi regem ſe nō hr̄e n̄ ceſarē ꝓ
fitentibꝰ alium regem vellet ingerere dimittendo
impunitū quē ꝓpter hos auſus ei tradiderunt occi
dendum ¶ Nō aūt dictū eſt Tradidit eis illum vt cru
cifigerent illū. ſed vt crucifigeretur ſcꝫ iudicio ac
poteſtate preſidis ſed ideo illis traditum dixit euan
geliſta vt eos crimine implicatos a quo alienī eſſe
conabantur oſtēderet. Non enī faceret hoc pilatus
niſi vt id qd̄ eos cupere cernebat impleret.

¶ Suſceperūt aūt iheſū ⁊ eduxerūt. ⁊ ba
iulans ſibi crucem exīt in eū q̄ dr̄ caluarie
locus Hebreice golgatha. vbi eum crucifi
xerunt ⁊ cum eo alios duos hinc ⁊ inde me
dium autem iheſum.

¶ Gloſa. Ad mandatū p̄ſidis milites xp̄m ſuſcepe
rūt crucifigendū. vn̄ dr̄. ſuſcepērt aūt ihm ⁊ edux
erunt ¶ Aug. Poteſt enī h̄ referri ad milites appa
ritores p̄ſidis. Nā poſtea euidentꝰ dr̄. Milites gͦ
cum crucifixiſſent eum q̄uis euangeliſta eciā ſi to
tum iudeis tribuit merito facit. ipi enī fecerunt q̄c
quid vt fieret extorſerūt ¶ Criſ. Sed quia lignū
vt ꝓphanum putabant et vitabant. ⁊ neq̄ tangē
ip̄m ſuſtinebant crucem ihū vt ꝯdemnato imponūt
Vn̄ ſequit̄. Et baiulans ſibi crucem exīt in eū qui
dr̄ Caluarie locus hebraice golgatha. vbi eū cruci
fixerūt. Ita ⁊ ī typo factum ē. Iſaac etenim ligna
portauit Sed tūc quidem vſq̄ ad patris beneplaci
tū res ꝓceſſit. Nunc aūt in rebus effectū obtinuit.
Victas enī erat ¶ Theo. Sꝫ quodāmodo vt illic Iſa
ac dimiſſus eſt ⁊ mactatꝰ eſt aries. ſic ⁊ hic diuina
natura manet impaſſibilis. ſed hūanitas ſcd̄m quā
aries dicit̄ tāq̄ errās arietis ade filꝰ hic mactata
eſt. Sed qualiter aliꝰ euāgeliſta dicat q̄ angariaue
runt ſimeon ut crucem portaret. ¶ Aug. de cō. euā.
Verumq̄ factū inuenimꝰ Primo id quod iohes dix
it deinde quod ceteri tres. vn̄ intelligitur q̄ ipe ſibi
portabat crucem cū exiret in locum memoratum.
¶ Aug. ſup iohem. Grande ſpectaculum. ſꝫ ſi ſpectꝫ
impietas grande ludibriū. Si pietas grāde miſteri
um. Videt impietas regē pro virga regni lignum
ſui portare ſupplicij. Videt pietas regē baiulantem
lignū ad ſemetip̄m figendum. qd̄ fixurꝰ fuerat eciā
in frontibus regum ſpernendum oculis impioꝝ. in
quo erant glificatura corda ſanctoꝝ. Ipam crucem
ſuā geſtans humero commendabat. ⁊ lucerne arſu
re que ſub modio ponēda nō erat candelabꝝ ꝑferebat
¶ Cri. Et ſic victores ita ⁊ ipe ī humeris portabat
victorie ſignū. Quidam aūt dicūt. q̄ in loco illo qui
caluarie dicebatur Adā mortuū eſſe ⁊ ſepultū. vt ī
loco vbi mors regnauit illic ⁊ ihs trophẽum ſtatu

erit. ¶ Iero. ſup mathm̄. Fauorabilis interpretatio
⁊ mulcens aurem populi. nec tamen vera. Extra
vrbem enī ⁊ foris portam loca ſunt. in quibꝰ trun
cantur capita damnatoꝝ. ⁊ caluarie quaſi decollato
rū ſumpſere nomē. Adam vͦ ſepultum iuxta ebron
⁊ arbee. Et in iheſu filij naue volumine legimus.
¶ Criſ. Crucifigebant autem eum cum latronibꝰ
Vnde ſequitur. Et cum eo alios duos hinc ⁊ inde.
Medium autem ihm. In hoc ꝓphetiam implentes.
quoniā cum iniquis reputatus eſt. Que enī conuici
antes faciebant hec veritati conferebāt. Volebat. n.
demon quod fiebat obumbrare. ſed non valuit. tri
bus enim in cruce affixis. miracula que fiebant nul
lus aſcripſit niſi ſoli ihū. ita inanes dyaboli artes fa
cte ſunt. Nec ſolum nō obfuit glīe eius ſed ⁊ cōtu
lit non parum. Nam latronem in cruce conuertere
⁊ ī paradiſum inducere non minus fuit. quam con
cutere petras. ¶ Aug. Tamen ⁊ ipſa crux ſi atten
das. tribunal fuit. in medio enim iudice conſtituto
vnus latro qui credidit liberatus. alter qui inſulta
uit damnatus eſt. iam ſignificabat quod facturus ē
de viuis ⁊ mortuis. alios poſiturus ad dexteram.
alios ad ſiniſtram.

¶ Scripſit aūt ⁊ titulū pilatꝰ ⁊ poſuit ſup
crucē. erat aūt ſcriptū ieſꝰ nazarēꝰ rex iude
oꝝ. hūc ergo titulū mlt̄i legerūt iudeoꝝ. q̄a
ꝓpe ciuitatē erat locꝰ vbi crucifixꝰ ē iheſꝰ
⁊ erat ſcriptū hebreice grece latine. Dice
bant ergo pilato pōtifices iudeorū noli ſcri
bere rex iudeoꝝ. Sed quia dixit. Rex ſum
iudeorum. Reſpondit pylatus Quod ſcri
pſi ſcripſi.

¶ Criſ. Sicut in tropheo litere ponuntur victoriā
oſtendentes. Ita pilatꝰ titulum cruci xp̄i inſcripſit
Vnde dicitur. Scripſit autem ⁊ titulum pilatus. ⁊
poſuit ſuper crucem. ſimul quidem pro xp̄o reſpon
